

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

IN PROPHETAM HABACVC.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

IN PROPHETAM
HABACVC.

PROPOSITIO ET SVMMA
PROPHETIAE HABACVC.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IIII.



Eus populum Israēl impium, per Chaldaeos, euerfis Ierosolymis, in exilium abducat. & tamen promissionem de conseruatione ecclesiae Iudaicae, & aduentu Christi Seruatoris, cuius fiducia se pij in hac vita & futura sustentant, praestabit. Certo etiam regem & regnum Chaldaeorum per Medos & Persas vicissim euertet. & populum Israēl immensa misericordia, sicut antea ex Aegypto mirabiliter liberauit, iterum reducet.

LOCI DOCTRINAE.

Do sunt capita vniuersae doctrinae Christianae, omniumque concionum Prophetarum & Apostolicarum fontes praecipui: *Lex* seu praedicatione poenitentiae; & *EVANGELION* seu promissione gratiae Dei & salutis aeternae propter Christum fide donanda. Qui duo loci, in hoc etiam Propheta potissimum eminent & elucent, vt primi ac tertij capitis summa & scopus sit, *AGITE POENITENTIAM*. Secundi & quarti, *CREDITE EVANGELIO*.

Sunt igitur PRIM I capitis Loci,

- I. Doctrina de vero timore DEI seu poenitentia serio agenda, ad quam, denunciatione iustissimae irae DEI aduersus peccata, & horrendi excidij Ierosolymae & regni Iudaici lectores & auditores exuscitat & impellit: pertinens ad primum praecipuum Decalogi, *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, VISITANS INIQUITATEM*, seu puniens peccatum.
- II. De causis mutationis & euerfionis ciuitatum & regnorum: & horribilium Poenarum & calamitatum totius generis humani.
- III. De causis cur ecclesia & homines iusti, praeter ceteris cruci subiecti sint.
- IIII. De prouidentia & iustitia DEI distribuyente iustis praemia, impijs poenas, cum econtra impij in mundo florere & iustos opprimere videantur.
- V. Querela de inuocatione non exaudita, seu auxilio in calamitatibus non impetrato. Quam, prima prophetae sententia, tribus insignibus sementiarum figuris, exclamatione, apostropha & interrogatione, singularem adiecit.

adfectum & vim mouendi & percellendi animum & pectus audientis, orationi addentibus, illustrata continet.

Orditur enim Habacuc à querela vulgari, quæ omnium hominum, etiam piorum & sanctorum mentes, sæpè non leuiter perturbat & excruciat. Si est D E V S inspector & iudex rerum humanarum iustus & verax, cur pios & iustos ab iniustis & sceleratis tyrannis in hac vita opprimi & interfici finit? Cur ecclesiam populi Iudaici ab impio idolatra Nabuchodonosor vastari & captiuam abduci: Iohannem Baptistam ab Herode; Paulum à Nerone crudeliter trucidari permittit? Si promissiones D E I de piorum defensione, & precum nostrarum exauditione veræ & certæ sunt, cur mihi tam diu vociferanti, & ardentissimis gemitibus petenti liberationem, non opitulatur Deus, sed multò grauius & miserabilius me affligi & excruciarifinit? Cur tot millia innocentum infantum, virginum, matronarum & aliorum in populo, quotidie in bellis, vnius & alterius superbi & insani regis stulta cupiditate & ambitione motis, miserabiliter perire, & interea sceleratos aliquot duces, quibus *συμφορὰ τῶν ἐθνῶν, δαχρία, ὡς Φαύλων δαιμόνων, ἔστιν*, ditescere & florere: aut certè bonos & malos promiscuè interire & similibus calamitatibus obrui patitur, sicut venti sine discrimine flores & poma de arboribus decutiunt.

Hæc spectaculâ confusionum humanarum multos mouent, vt nullam partem generis humani peculiariter Deo curæ esse, vel nulla prorsus prouidentia diuina res humanas administrari existiment. sicut Cicero etiam de gente iudaica pronunciat, Eam, quàm cara sit Dijs immortalibus, ostendere, quod est victa, quod capta, quod seruata seu in seruitutem redacta. & eadem tentatione Hieremias etiam excruciat. cap. 12. Iustus quidem tu es Domine si disputem tecum, sed tamen iusta loquor. Quare via impiorum prosperatur? benè est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt: Plantasti eos & radicem miserunt, &c. Eadem est querela Psalms 73. & 37.

Cùm autem totus Habacuci liber in huius querelæ seu obiectionis recitatione, & pia ac erudita ad eam responsione ferè consumatur: Summam huius, metis dialecticis inclusam recitabo. ac primi versus obiectionis, de prece non exaudita, hoc syllogismo comprehendere euoluta potest. Si promissiones D E I veræ, certæ & ratæ sunt: tum mei etiam clamores & gemitus certò exaudientur à D E O, qui certissimè promittit se piorum preces exauditurum, & inuocantibus opitulaturum esse. Esa. 65. Antequam clamabunt, ego exaudiam. Psalm. 50. Inuoca me & ego eripiam te. Psal. 90. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Sed mei clamores & gemitus, ac vociferationes ad D E V M ardentes, non exaudiuntur. Ergo D E I promissiones non sunt certæ & veraces; & piorum preces, non minus quàm impiorum, sunt rumores vacui, verbaque inania, & par sollicito fabula somnio. Respondeo ad Maiorem. Promissiones D E I sunt veræ, ratæ & firmæ, scilicet, sicut sonant; & certò exhibentur bona & liberationes petita, sicut promissa sunt fide amplectenti promissiones. 1. Iohan. 5. Hæc est fiducia, quam habemus apud D E V M, quòd si quid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Iohan. 14. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quidquid volueritis, petetis, & fiet vobis. & in Ieremia. Pro eo quod non audistis verba mea, nec ego vos audiam. *Ἥρεσ*

su mich / so höre ich dich / hörst du aber mich nicht / so höre ich dich wieder nicht /
eins umbs ander wie du wilt.

Promittit igitur D E V S exauditionem precum & liberationem, non impijs & sceleratis contemtoribus D E I ac verbi diuini, petulanter omni genere iniuriarum, libidinum & aliarum cupiditarum iniustarum grassantibus nec impijs Hypocritis fiducia suorum operum & sacrificiorum ad Deum accedentibus: sed verbum eius audientibus, vera fide ad D E V M conuersis, agnoscentibus sua peccata, agentibus poenitentiam, & in Christum credentibus & prælucete hac fide D E O obedientibus. Ioan. 9. Scimus quod peccatores D E V S non exaudit. 1. Ioan. 3. si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus apud D E V M, & quidquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam præcepta eius custodimus. & hoc est præceptum eius, vt credamus nomini filij eius Iesu Christi & alij alios diligamus. Ierem. 7. Sta in porta domus Domini, & dic: Audite verbum D O M I N I omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis D O M I N V M. Bonas facite vias vestras & studia vestra, &c. Nunc verò soletis furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baal &c. & venitis & statis coram me in domo hac, in qua inuocatis nomen meum: & dicitis, Liberati sumus, vt faciatis. postea omnes abominationes istas. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista? &c. Ierem. 25. Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus & operibus vestris, & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis & patribus vestris, & non adiget vos.

Cum igitur maxima pars populi Iudaici, impia & rebellis, voluntati & verbo D E I non obediret, & alios se imbecilliores calumnijs & fraudibus in iudicijs, & manifesta violentia opprimerent: & omnibus iniustis cupiditatibus frenos laxarent: non impediatur Deus sua promissione, quo minus contumaces hos nebulones, captiuitate Chaldaica & alijs calamitatibus seuerè puniret. Mich. 3. Audite principes Iacob & duces populi Israël, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis, quia nequiter egerunt in adinventionibus suis. Prouerb. 1. Quia despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro ridebo, cum irruerit repentina calamitas. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inuenient me: eò quod exosam habuerunt disciplinam, & timorem Domini non susceperint nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersa correptioni meæ. Deus immensa bonitate differt poenas, vt ad poenitentiam & inuocationem homines inuitet. Qui cum admoniti non se emendant, & mora illa ad poenitentiam concessa abutuntur ad securitatem confirmandam, & omnis generis flagitia cumulanda: sequuntur poenæ duriores. Hæ quanquam antea auerti vera poenitentia & inuocatione potuissent, tamen cum iam obruerunt fontes, non mox tolli precatione possunt. Sic ante æternam poenam placari ira Dei potest. Postea sunt irriti clamores Diuitis in inferno, Luc. 16. Sed tamen omnibus temporibus, verè poenitentibus & inuocantibus, mitigantur poenæ temporales, & remittuntur æternæ, vt Dauidi in exilio, Manasse in carcere, latroni in cruce etiam corporales poenæ lenitæ sunt. Nec aliter etiam à pijs liberationes ex periculis corporalibus petendæ sunt, nisi cum quatuor conditionibus, quas iam exponemus

nemus. Est igitur hæc prima responsio ad Maiorem. Deus promittit ad se clamantibus exauditionem, non impœnitentibus & securis Hypocritis, aut sceleratis nebulonibus, sed ijs qui Deum primum audiunt & verbo eius credunt & obtemperant.

Deinde, quod ad pios agentes pœnitentiam & euangelio credentes attinet: quorum personam hoc loco propheta Abacuc exclamans, Usquequo Domine clamabo & non exaudies? repræsenterat: singularis & propria ecclesiæ DEI sapientia est, rectè intelligere diuinas promissiones, & earum discrimina considerare. Prima & summa est promissio gratiæ Dei, remissionis peccatorum, reconciliatio cum DEO, iustitiæ & salutis æternæ, gratis propter Christum mediatorem, sine vlla exceptione, etiamsi omnia bona corporalia amissa sint, inuocantibus donandæ. Hæc summa & æterna bona, vult Deus in specie, & sine vlla exceptione aut conditione peti & expectari. Nam qui non petit remissionem & gratiam DEI, nec expetit hæc bona, hostis Dei est & contumelia Deum afficit. Ideo sine vlla exceptione hæc bona promittit DEVS & exhibet credenti. Rom. 4. Ideo ex fide gratis vt sit firma promissio. Ioan. 6. Hæc est voluntas patris, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Abacuc. 2. Iustus fide sua viuit, vt Daniel, Azarias, & reliqui pij in Babylonia captiui & in lacum leonum vel fornacem ardentem coniecti, fide viuunt, qua & in huius vitæ doloribus & ærumnis se sustentant, & promissam salutem & gloriam æternam, certò expectant.

Alia verò sunt promissiones bonorum corporalium, vitæ, victus, bonæ valetudinis, pacis, libertatis, defensionis, liberationum ex morbis, inopia, bellis, carcere & alijs huius vitæ miserijs ac ærumnis. Quæ bona corporalia, non minus quàm priora illa pollicetur DEVS, & vult à se peti, vt non temere & casu ea spargi & dissipari inter homines, sed diuinitus dari & seruari, vt sint adminicula vitæ & vocationis nostræ DEO & ecclesiæ ipsius seruientis, agnoscamus, & in petitione, expectatione, ac vsu horum bonorum quotidiano, fidem reconciliationis, inuocationem & gratiarum actionem, exerceamus & exuscitemus. Etsi autem hæc quoque promissiones bonorum corporalium veræ & ratæ sunt, sicut sonant: tamen quatuor conditiones seu exceptiones DEVS addidit. Primum nostræ utilitatis & salutis. Vt enim ægroti sæpè perniciofa magis quàm salutaria sibi à Medico concedi flagitant, & non statim gratificanti irascuntur: ita nos quoq; in rebûs secundis & aduersis animum ægrum sæpè habentes & nescientes quid petamus, quomodo oportet sæpè ea nobis à Deo tribui oramus, quæ si concederentur, multò tristiores miserijs & dolores nobis allatura essent. Itaq; hæc corporalia bona semper cum hac conditione peti vult Deus, si videlicet ipse pro sua paterna bonitate & sapientia existimet nobis vile & salutare esse quod petimus.

II. Pœnæ impiorum & contumacium, ad quos non promissiones bonorum, sed comminationes horribilium pœnarum & calamitatum, Deut. 28. Leuit. 26. & alibi expositæ pertinent, vt ex Jerem. 7. 25. Mich. 2. 3. Prouerb. 1. antea docuimus.

III. Castigationis & crucis piorum. Etsi enim in pijs ecclesiæ membris ac filijs DEI bonum propositum Deo grata faciendi lucet, & noua obedientia inchoata est: tamen multæ sordes peccatorum, magna caligo, dubitationes & errores in mente, prauæ inclinationes ad securitatem, negle-

tionem iræ ac iudicij diuini, superbiam, admirationem sui, & plurimi affectus viciosi in hac mortali carne reliqui manent. Quos à pijs Deus agnoscere vult, & emendari; ideoq; certo consilio pios etiam & sanctos, cruce & ærumnis castigari, & exerceri vult, vt hæc interiora peccata in eis aboleantur vel minuantur, & pœnitentia, fides, inuocatio, spes & desiderium vitæ aternæ ardens, & cæteræ virtutes crescant & expoliantur. Ideo Deus non tantum impios Reges Oseam & Zedechiam, & alios idolatras, verum etiam Tobiam, Danielem & multos pios in exilium abduci sinit. & omnibus temporibus præcipua & summa ecclesiæ Dei lumina durissimis calamitatibus exercuit. 2. Timoth. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Marc. 10. Recipient centuplum in hac vita, sed cum tribulatione. & hoc loco Abacuc dicit: Domine Deus meus, sancte meus, Non moriemur. Domine in iudicium (vt nos castigaret) posuisti eum: & ô fortis, ad corripiendum fundasti eum. Huc duodecim causæ & vtilitates castigationis piorum pertinent, quæ in loco de calamitatibus & cruce recensentur.

III. Exceptio in petitione bonorum aut liberationum corporalium adhibenda est: Non præscribendi Deo certum tempus & modum, quo promissa bona præstare debeat. Iudith. 8. Qui estis vos, qui tentatis Dominum. Posuistis tempus miserationis Domino, & arbitrio vestro diem constituistis ei. Ita seruat Deus promissionem de conseruatione regni, & politia ac ecclesiæ Iudaicæ, vsq; ad Christi aduentum, sed longè alio modo quàm Iudæi somniabant, punit impios reges, sacerdotes & populum, & Ierosolymam euertit: & tamen post annos 70. iterum instaurat, & defendit, donec Christus exhibeatur.

V. Non rapienda sunt corporalia bona nostro arbitrio sine diuina uocatione. Vt Zorobabel, Iesus, Daniel, Mardocheus & alij in Babylonia captiui, non excutere iugum regis Babylonicæ & Persici proprio consilio debent, priusquam redire in patriam, & instaurare politiam diuinitus iubentur. Certò enim visio seu promissio Dei, reuelata Prophetis, suo tempore veniet, & tandem liberè aget, & non faller. Si autem moram fecerit Dominus, expecta eum, &c.

Differt enim DEVS exauditionem precum & liberationem propter quinque causas. primùm, vt ipsius præsentia & bonitas in mirandis liberationibus illustrius conspiciatur, cum morâ ipsa conuincit, nos omnibus præsidij & consilij humanis destitutos, certò & immediatè à Deo, non à causis secundis liberatos esse. Deinde, vt nostra fides, inuocatio & spes exerceatur, & firmiter ac ardentior fiat: vt mulieris Cananæ fides & precatio non langueret mora, sed magis exuscitatur & incenditur ac confirmatur. & vidua Luc. 18. instans apud iudicem, suo exemplo docet, oportere assidue orare & non defatigari. Econtrâ cum subito contingunt ingentia bona, animi luxati statim remittunt curam & intentionem in precando, & paulatim sunt languidiores. Tertio, vt omnia desiderata, magis, quàm assidue percepta, iuuant, ita multò gratiores sunt liberationes longo desiderio expectata: & vehementior ac diuturnior grati pectoris ardor & obedientia sequitur: quàm si subito, nec vlla interposita mora, contigissent. Quarto, explorat dilatione auxilij Deus constantiam nostram, an vera, seria, pura, non simulata pietas, non suam gloriam & commoda quærens, in nostris cordibus luceat. Postremò vult Deus nos fide ab ipso pendere, & regi vitam nostram,

stram,

stram, non humanis consilijs, sed ipsius sapientia & bonitate paterna. Ut autem supplicij tarditatem Deus grauitate compensat: Sic dilatas piorum liberationes & præmia tum in hac vita cumulatius reddit, tum postea æterno pondere gloriæ in omni æternitate compensabit.

In hunc portum vitæ & gloriæ cum Deo æternæ, quem plerique homines negligunt aut contemnunt, in omnibus fugacissimæ huius & miserri-
mæ vitæ ærumnis præcipue vult nos DEVS intueri. Ideo sæpe non modò differt liberationes, verum etiam pleraque bona corporalia nobis adimit, vt desiderium ardentius cœlestium & æternorum bonorum in nobis accendat, iuxta dictum, Bonum est mihi Domine, quod affixisti me, vt discerem iustificationes tuas. Item, A Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Nam in rebus secundis & ad nostram voluntatem fluentibus, nemo ferè seriò de DEO cogitat: multò minus vitam æternam seriò & ardentè experit.

Et si igitur omnia huius mundi bona & ipsa corporis vita est amittenda: tamen cor fiducia misericordiæ & gratiæ diuinæ, & certâ spe vitæ æternæ, ita confirmatum sit, vt se voluntati diuinæ placide subiiciat, & sine vlla dubitatione statuât, remissionem peccatorum & vitam ac beatitudinem æternam certò sibi propter Christum donari, sicut Iob inquit: Etiam si occidet me, sperabo in eum. & Dauid Psal. 73. Quem in cœlo & in terra præter te desiderarem. Cum contabescunt caro mea & cor meum: tu petra cordis mei & pars mea Deus in æternum. Sic Stephanus, Laurentius & omnes martyres, etiam si mortem corporis in conspectu habent: tamen hac fide & spe, læti & alacres Deum inuocarunt, nihil dubitantes se exaudiri, & in æternæ ac beatæ & cœlestis patriæ ciuitatem certò receptum iri. Interea tamen vota & preces, quibus liberationem ex malis corporalibus petunt sancti, non irritas esse, sed Deo placere, & vel liberationem, vel mitigati-
onem, vel alia maiora bona impetrare sciunt.

Cum igitur DEVS velit pios in hac vita conformes fieri imaginis filij sui, & cruci ac ærumnis subiectos esse, nec modum aut tempus, quo promissa bona exhibere debeat, sibi præscribi velit: reuerenter nos in petitione bonorum ac liberationum corporalium sapientiæ & voluntati Dei paternæ, si diutius nos exerceri velit, subiiciamus, vt Dauid à filio in exilium pulsus, petit & expectat reductionem in regnum, sed tamen simul offert Deo obedientiam, si eum non velit reducere. 2. Reg. 15. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum. Si autem dixerit mihi, Non places: præsto sum, faciat mihi, quod bonum est coram se. Et tres viri in fornace Babylonica Dan. 3. Deus noster, quem nos colimus, potest nos eripere. Quod si noluerit, notum fit tibi, o Rex, quod Deos tuos non colimus. & leprosus Matthæi 8. rogat, Domine si vis, potes me mundare. & in precatione Dominica quotidie oramus, Fiat voluntas TVA, non mea, si tuæ voluntati diuinæ repugnet, sicut Christus ipse, quâ homo, precatur Matth. 26. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc explicatio maioris, non tantum primæ huic sententiæ Habacuci, verum etiam plurimis alijs prophetarum Christi & Apostolorum concionibus de precatione lucem addit.

Alter Syllogismus de prouidentia.

Si **D E V S** est iustus & verax, si curat genus humanum & oculis mortalia iustis aspicit: tum iusti & pii homines defendi & præmijs ornari: impij verò & scelerati seuerè puniri debebant. Norma enim iustitiæ veritatis & prouidentia est, vt bonis bene sit, malis malè, & promissiones datæ certò seruentur. Sed in hac vita plerunque iniustos & sceleratos florere opibus & potentia: pios opprimi & interfici videmus, vt populus Iudæus, in quo multi pii, & veræ ecclesiæ membra sunt, Daniel & alij, ab impio idolatra rege Chaldæorum vincuntur & captiui abducuntur, Abel pius à Cain, Ieremias ab Aprie, Ioannes Baptista ab Herode nefariè trucidantur. Ergo vel Deus non est iustus & verax, quod est impossibile, vel hæ rerum humanarum confusiones prouidentia diuina non gubernantur, vel alia arcana huius incertitudinis euentuum causa est. Huius Syllogismi minor totò primo capite illustrata expolitionibus, commemoratione vastitatis à Chaldæis faciendæ, Hypotyposi exercitus Chaldaici, Iconibus & alijs similitudinibus à reti & piscibus, &c. copiosè explicatur. Maior autem pauca verbis versu 13, indicatur. Mundi sunt oculi tui Domine, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. **R E S P O N D E T** autem Propheta in secundo capite, primùm ad maiorem. Norma iustitiæ & veritatis diuinæ est, vt promissiones Dei ratæ & firmæ sint, & pii ornentur præmijs: impij verò puniantur, scilicet, suo tempore, seu eo ordine & modo, quem diuina sapientia & iustitia in suo verbo fanciuit & expressit. Cum enim hæc vita breuis & inanis vmbra sit: Deus, vt illustrior sit ipsius iustitia, præcipuas pœnas & præmia, non vult res momentaneas & caducas, sed durabiles & æternas esse. Ideo præcipua præmia & pœnas differt in illam æternam vitam: & hanc æternitatem vult omnes pios intueri, & fide petere ac expectare æterna bona, & cauere ne incidant in æternam Dei iram, & cruciatus nunquam desituros. Pii igitur etsi in hac vita multiplices dolores & ærumnas, & mortem ipsam, non minus, quàm impij sustinent, quia in ipsis quoque hæret peccatum, quod **D E V S** agnosci & aboleri vult: tamen *fide sua viuunt*. h. fiducia beneuolentiæ, auxiliij & liberationis diuinæ, propter Messiam redemptorem promissæ, se in hac vita sustentant, & certò expectant vitam, salutem & gloriam æternam, de qua resurrectio Filij Dei & aliorum sanctorum & alia miracula in ecclesia testificantur. Promissiones verò **D E I**, certò veræ, ratæ & firmæ sunt, sicut sonant, & certò exhibentur bona sicut promissa sunt fide amplectenti promissiones, vt antea de veritate promissionum, earumque discriminibus, dictum est.

Deinde ad minorem respondet Habacuc. Videmus impios florere, & pios opprimi, scilicet breui momento: sed iusti in omni æternitate viuunt, & impij æternis pœnis obruentur. Et tamen certissimum est, mox etiam in hac vita sceleratos & iniustos puniri, & tandem melius fore pijs, vt regnum Chaldæorum impium & idolatricum, quod Israëlitas & omnes gentes oppresserat & spoliauerat, paulo post trucidato rege Balthasaro in cõuiuio portante, à Medis & Persis oppressum & dilaceratum est, quam pœnam regis & regni Babylonici paulò post secutam, toto 3. cap. amplificatum illustri commemoratione causarum excidij, Propheta exponit. Sic Herodes, qui Baptistam, Nero qui Paulum interfecerat, etiam in hac vita manifestis pœnis oppressi sunt, & verissimæ sunt regulæ: Scio Domine, quod non pareis delinquen-

linquen-

linquendi. Herod. οὐδὲς εὐθρασίπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἴσοις ἐστί. Nullus homo pe-
 nam sceleris reus effugit vnquam. Εὐρε θεὸς τὸν ἀλιτῆρα, ἔχει θεὸς ἐκδικῶν ὄμμα. Sed
 illustriora sunt scripturæ testimonia. Psal. 37. Vidi impium exaltatum vt
 Cedros Libani, & præterij, & ecce non erat. Salus autem iustorum à Do-
 mino. Psal. 73. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt.
 Ex pariter ad liberationes piorum & poenas sceleratorum accommodetur
 dictum, Si moram fecerit Dominus, expecta eum: quia veniens veniet, &
 non tardabit. cum quo vetera etiam Tragœdiarum dicta ex lege Dei naturæ
 insita consentiunt:

Χρόνια τὰ Ἐ θεῶ, ἐς τέλος δὲ σὺ ἀδελφεῖ
 Ἐς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων,
 οἱ δὲ κακοὶ ὡσπερ περὶ φύλας ἔπω δτύχοιεν αἱ.

Hic verò rursus obijcit humana ratio, Quid hoc prodest bonis op-
 pressis, vt populo Iudaico captiuo, Ioanni Baptistæ & Paulo interfectis,
 quod impij tyranni rex Babylonicus, Herodes, Nero tandem etiam op-
 primuntur? Respondet igitur Propheta ad alteram partem Minoris de pijs
 iniuste oppressis, cap. 4. & 2. Cùm Deus in ecclesia præcipuè velit agnosci,
 & merui iram suam aduersus peccatum, & pios conformes fieri imaginis fi-
 lij Dei in cruce, vt postea cum eo glorificentur, Rom. 8. magis exercet ec-
 clesiam in hac vita quàm cæteros impios, & tamen in ira sua misericordiæ
 recordatur & opportunissimo tempore opem fert pijs etiam in huius vitæ
 additionibus, & suo tempore eos liberat. βαρδισα μακάρων ὄρασι φίλας,
 ἀλλὰ πούναϊ ἐρχομαι πάντας βροτοῖσιν ἀεί τι φέρουσι. sicut Israëlitis in Aegypto
 oppressis, tempestiua & gloriosa liberatione misericordiam suam declara-
 uit: ita populum in Chaldaea captiuum suo tempore in patriam reduci, &
 Christum exhiberi Habacuc petit. Quod autem interea multi pij truci-
 dantur & moriuntur, hi sciunt certò post hanc vitam seculurum esse iu-
 dicio, in quo æterna salute & gloria ornabuntur. vt Salomon inquit: Iu-
 sto est spes in morte. & Iob: Etiam si occidet me, tamen sperabo in eum. Ita
 Habacuc in fine inquit, Ego in Domino gaudebo, & exultabo in Iesu meo.
 & antea. Iustus fide sua viuet in hac vita & omni æternitate. Has duorum
 insignium argumentorum explicationes Grammaticæ Habacuci enarratio-
 ni præmittere volui.

TITVLVS PROPHETAE.

ONVS QVOD VI-
 DIT HABACVC PRO-
 PHETA.

N v s, Prophetia de onere seu poena populi Israël, à Chaldaeis in
 Babylonem abducendi, & de excidio Regis & regni Chaldaeorum,
 à Medis & Persis euertendi, vt nouum Testamentum, pro libro seu
 tabulis, in quibus nouum Testamentum scriptum est, Metonymia conten-
 ti pro continente. Quod vidit, quæ poena reuelata est, & diuinitus mon-
 strata prophetæ Habacuc: visio Esaia, id est, doctrina seu Prophetia de re-
 gno Iuda & Christi, reuelata Esaia. H A B A C V C, Amplexator, vel quia Deus
 eum amplectitur & amat, vel quia populum Iudaicum amplectitur & confo-
 latur,

598

latur, ne propter euerfionem Ierofolymæ à Chaldæis imminentem, profus de promiffionibus Dei & aduentu Christi desperent. **PROPHETA** נביא à נבא venit, prædicens ventura, non minus certò quàm quæ oculis nostris coràm geri videmus, euentura. Latine **VATES**, qui fatum, id est, decretum diuinum effatur, à fando seu loquendo, vt Græcis ἀγορεύειν à verbo φημι, quod est fari, tertia persona, vt à prima præteriti passiu, Fama à fando. De vocatione, officio & doctrina prophetarum, in proœmio dixi.

Caput primum.

Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te & non vim patiens & non saluabis? quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorum se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? & factum est iudicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex: & non peruenit vsq; ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.

capio reddidit, vim patiens. Semper autem passio iusta est, & peccatis nostris coram Deo debita: etiamsi actio iniusta est. **יְיָ יִשׁוּעַ** opitulaberis, iuuabis, opem & salutem ferēs, liberabis. à verbo יָשָׁע vnde nomen **IESVS**, opitulator, seruator, saluator. **לֹא יִשְׂמַע** Sinis me videre. **לֹא יִשְׂמַע** lum culpæ & pœnæ, propriè concupiscentiam significat, seu corruptionem, peruersitatem & maliciam humanæ naturæ, per concupiscentiam primorum parentum in reliquum genus humanum inuectam: & pœnas ac calamitates inde emanantes. **נִשְׁמַע** de κακῶν ἁμαρτων ἰσχυρία ἐστίν. Nostra versio plerunq; iniquitatem reddidit. Deinde per Metalepsin formæ seu abstracti concretæ.

QUERELA,

Iniusti & impij florent: Pi & oppressi, ardentibus votis ad Deum clamantes, non statim liberantur, propter sex causas, in explicatione argumenti, & precatatione non exaudita, paulò ante recitatas.

Primi versus querela, quinq; insignibus figuris exornata est. 1. Exclamatione, 2. Apostropha ad DEVM ipsam oratione conuersa. 3. Interrogatione. 4. Antithesi seu correlatiuorum oppositione. 5. Expolitione eandem sententiam in utroq; membro mutatis verbis repetente. **Quia** nos DEVM clamantem ad nos suo verbo, Agite pœnitentiam, credite euangelio & nolite amplius peccare, non audimus. **וְהָמָּה** Hemes, iniuria violenter illata, deest præpositio, si per vel propter iniuriam, vt interpret noster perspicue parti-

concreto, Homines iniquos, tyrannos, iniuste pro libidine alios oppri-
mentes, &c. לָמַד labor & dolor, vt Græcis πόνος πόνος πόνος Πόνος, do-
lor dolori dolorem adfert. miseria miseria miseriam parit. וְרָע
prædam, vastitatem, prædones, raptores, tyrannos, per fas & nefas in alio-
rum bona grassantes, & vastitatem efficientes, vt Turci à vastando nomen
habere existimantur. וְרָע eadem vox, quam supra vertit, vim pati-
ens. * Sequentes duo versus, non extant hoc loco in Ebræo, sed ex fine
capitis, propter sententiæ similitudinem huc transcripti sunt. אֲדָמָה Vt in
mari pisces minores à maioribus beluis deuorantur, vel ab hominibus ha-
mo aut reti capiuntur, nemine eos defendente aut tuente: Ita inter homines
tyranni & alij potentes & scelerati impune grassantur. וְרָע לִישׁ, rixa.
וְרָע contentio amarulenta. וְרָע à וְרָע leuare, eleuare, suscipere, sustine-
re. Hader vnd Zanc hat vber hand. nulla iustitiæ, nulla mutuæ beneuolen-
tiæ & dilectionis proximi ratio habetur, sed omnia plena rixis, odijs, con-
tentionibus amarulentis, priuatis & forensibus feruent. à verbo וְרָע
leuabit, suscipiet, sustinebit, cuius latissime patet significatio. Santes vertit,
Est qui litem & contentionem (contra me) suscipiat.

‡ Lacerata est lex. Leges similes sint telis araneorum, quas potentio-
res velut vespæ perrumpunt & lacerant. vel simpliciter, infirmatur, debili-
tatur LEX DEI, contemnitur & multipliciter violatur, homines securi la-
xant frenos omnibus cupiditatibus & sceleribus, perinde ac si nulla esset
LEX puniens contumaces. וְרָע futurum pro præsentis à verbo וְרָע in-
firmum, debile fuit. Eadem phrasi vitur, Paulus Rom. 8. Cum impossibile
esset legi (tollere peccatum & mortem, & iustificare homines) eò quòd in-
firmabatur (non fiebat, non seruabatur) per carnem: misit Deus filium su-
um, &c. sic vsurpatur Jerem. 31. 36. * Non peruenit ad finem iudicium) li-
tes in iudicijs non finiuntur, sed protelantur in infinitum, sicut controuer-
sæ in iudicium quoddam delatæ raro deciduntur viuentibus illis, qui pri-
mitim litem inchoarunt, sed plerunq; filij aut nepotes primùm sententiam
definitiuam pronounciari audiunt. Deinde non minor difficultas est in exe-
cutione rei iudicatæ, & causidicorum ac rabularum quorundam præcipua ars
est lites prorogare, vt diu pecunia clientes emulgere possint. vel simpliciter
וְרָע non egreditur in finem, non habet successus, nõ vincit iusta cau-
sa, sed ab iniustis potentioribus opprimitur. Ideo politicum etiam præce-
ptum Christi sapientiss. est. Matth. 5. Si quis vult tecum in iudicio contende-
re & tunicam tibi ereptam reddere recusat, nisi in iudicium eum voces,
& per iudicem cogas reddere, dimittas ei etiam pallium. Nam pij in hoc
mundo impiorum magistratum & iudicium odijs, iniurijs & persecutioni-
bus obnoxij, habeant patientiam & de suo iure cedere ac iniuriam accipe-
re & iniuper gratias agere malint, quam in iudicio litigare, vbi nec defen-
dantur à iudicibus, sed magis premantur, & decuplo maius damnum &
ignominiam reportent. præsertim si cum potentiore litigandum sit. ΑΦΡΑΥ
ἵνα ἐβέλη πρὸς κρείτονα αὐτὸν. Φέρει δὲ Νίκης τε φέρεται, πρὸς τὸ ἀίματιν ἄλγεα πάρα.
Ideo ἐν Φυγῆν μὴ ζητῆ δίκην. Significat autem וְרָע actionis vel rei victo-
riam, superioritatem, finem, quia cum res vel actio ad summum peruenit,
tum finem suum assecuta est. וְרָע ad victoriam, in finem, 1. Corinth. 15.
Absorpta est mors in victoriam, q. d. Christus resurgens absorpsit mortem
vt sit victor & triumphator. In titulis Psalmorum וְרָע Lamnazeah ver-
terunt in finem seu victoriam, seu ad vincendum, scilicet voce altiore can-
nendi

594

nendi vel præcinendi. * Cingit, circumuenit, opprimit, concaleat iniustum, vt Baptistam Herodes, Paulum Nero & plerosq; martyres, scelerati tyranni interficiunt. † Iudices iniuste iudicant. Hactenus causam oneris seu poenarum horribilium, quas populo denunciat, paucis quidem, sed *eu Pharisaicis* verbis propheta exposuit. Nunc effectus seu poenas horribiles, quibus impietatem & scelera populi per Chaldaeos Deus vindicabit, tragicè commemorat ac primùm attentionem auditorum & lectorum excitat.

• Aspiciate in gentibus & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur.

Quia ecce ego ⁊ suscitabo Chaldaeos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis: ex ⁊ semetipsa iudicium & onus eius egredietur.

• Ego sum DEVS fortis zelotes, puniens iniquitatem. Non casu fortuito poenæ accident, nec proprio tantum consilio rex Chaldaeus vos abducat, sed me voluntatem eius excitante.

• Chaldaeos, quorum metropolis est Babylon, ad Euphratem sita, cuius longitudo 79. lat. 35. distans ab vrbe Ierosolyma 170. miliaria germanica, quantum ferè interuallum, Constantinopolin Turcicæ gentis amara, & velocis, perambulantis latitudinem terræ, vt possideat habitacula non sua horribilis & terribilis, sedem regiam, ab Vngariæ vrbe Buda dirimat. ac eodem ferè spacio Moscouia gentis Russicæ hoc tempore metropolis, cuius long. 66. lat. 56. à Liuoniae finibus disuncta est, Ebraicè *בבל* vastatores.

Tota autem hæc pars concionis Abacuc de gente Chaldaea amara & veloce, illustrior erit, si nostræ ætatis historias similes, Turcicæ gentis in Vngaria & vicinis regionibus, aut Moschicæ gentis in Liuonia grassantes conferemus.

• Propria potentia seu pro sua libidine iudicabit & opprimit, & agit omnia. vel, ab ipso ius & iuris executio egredietur. Significat autem vox *עָוָה*, quam onus hoc loco interpres reddidit, propriè eleuationem à *נֶגַע* leuauit. Ideo dignitatem, excellentiam & maiestatem Imperij Vatablus interpretatur, quæ non alterius, sed propria virtute & potentia nitetur.

• Leuiiores pardis equi eius, & velociores ⁊ lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: e-

• Puniam vos horribili & stupendo excidio per gentes Chaldaeos, quia prætextu religionis, populi DEI & politiæ vestræ magnis miraculis constitutæ & defensæ, vos icatensis gentibus antefertis: & tamen non minus quam illæ, securi & impij & omnibus sceleribus polluti estis.

Paulus Actor. 13. interpretationem LXX. sequitur, & sententiam in genere ad omnia miranda opera DEI accomodat, inter quæ vnum ex præcipuis & maximis est Resurrectio Christi ex morte.

Hypotyposis seu imago exercitus Chaldaici, ita verbis expressa & iconibus illustrata, vt oculis subiecta cerni videatur.

quites

quites namque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient, facies eorum ^o ventus vrens: & congregabit, quasi arenam, ^o captiuitatem.

cant. Plinius in armo illius similem Lunæ maculam crescentem in orbes & cauantem pari modo cornua esse tradit lib. 8. cap. 17.

^ψ 177 Acutiores seu mordaciores lupis famelicis vespere in prædam irruentibus.

^ω 177 Ventus Orientalis, impetuosus & vrens quod in his etiam locis hyberna in primis tempestate experimur.

^α Captiuos velut arenam congregabat. Vt innumerabilis multitudo hominum captiuorum proximis annis à Turcis ex Vngaria, à Moschis ex Lituonia congregata & in procul distitas regiones, Tattaris, Asiaticis, Aegyptijs vendita & abducta est.

Et ipse de ^β regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super ^o munitionem ridebit, & comportabit agerem, & capiet eam. Tunc ^δ mutabitur spiritus & pertransibit, & ^ε corruet: hæc est fortitudo ^ζ eius Dei sui.

militibus deditum, & alios eius prouinciæ ordinis Dominos, pro ridiculo habuit.

^η Vt munitissimæ vrbes, in multis Europæ, Asiæ & Africæ partibus, à Turcis occupatæ. Carolus V. Imp. in bello Germanico, arces ducis VVirebergensis, Landgrauij, Saxonis, quæ inexpugnabiles fore existimabantur, & ciuitates Imperij potentissimas, velut per lusum & iocum, certè sine caede & sanguine, plerasque sibi deditas occupauit. Salmanassar Samariam: Nabogd. Hierosolymam: Alexander Tyrum: Cyrus Sardes & Babylonem comportato aggere ceperunt.

^θ in successibus secundis efferetur animo & fiet superbus.

^ι ^ω delinquet, abominabilis, *βδελυκός* fiet.

^κ Erit blasphemus, dicet hanc fortitudinem, ^ν virtutem seu potentiam suam, Dei sui esse. tribuet Deastro, Belo vel Nebo, vel proprie sapientiæ & industriæ, victorias suas, quas soli vero Deo vindicare debebat. Dan. 4. Hæc est illa Babylon, quam *ego* ædificaui. Agnoscere enim debebat, sibi ab aeterno & præpotente Deo, regnum & successus felices dari, vt ad Nabugdonosorum Daniel inquit: Dominus dat & aufert regna.

^λ Equi leuiores pardis, vt Russici & Turcici equi. Est autem *ω* *παρδαλις* seu Panthera bestia, canis venatici magnitudine, facie felis, tota maculosa sicut tigris, sagax, animosa, & celeritate insigni prædita, nec vi sed vino sopita capitur. Oppianus lib. 4. *κωήγετ*. Marem, pardum, foeminam pardalin vocant.

5987

Nunquid non tu à ^s principio Domine Deus meus, ^b sancte meus, & non ⁱ moriemur? Domine in ^k iudicium posuisti eum: & fortem vt corriperes fundasti eum.

erit in oculis meis Nunc itaque ego Nabugdonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi, vt seruiant illi, &c.

^b tu perfecte bonus, purus & iustus es, & solus me sanctificas, & iustum ac tibi placentem efficis.

ⁱ tu immortalis & æternus DEVS es, vel, nos non moriemur, non fuditus à Nabugdonosore ecclesia tua & hæc politia extinguetur. Oron æterne & sancte DEVS, ne finas nos mori, ne finas nos radicitus extirpári & deleri hanc sedem ecclesiæ tuæ. Conserua hanc politiam vsque ad Messie aduentum, vt sit hospitium nascentis & schola docentis Christi.

^k vt nos castigaret, non vt funditus deleret. Jerem. 10. Corripe me Domine in iudicio (*Ἰουδαίως*) non in furore tuo (summi iuris acerbitate) ne ad nihilum redigas me. 1. Corinth. 10. Cum iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Hæ causæ efficientes & finales rumnarum & calamitatum, quod videlicet non à tyrannis tantum, sed Diō ipso paterna beneuolentia, & consilio, nostræ utilitatis & salutis causa castigemur, assidue nobis in conspectu & ob oculos versentur.

Mundi sunt oculi tui, ne videas malum & respicere ad iniquitatem non poteris. quare ^m non respicis super ⁿ iniqua & taces deuorante impio iustiorum se.

ⁱ Non Deus volens iniquitatem tu es. DEVS noster fidelis, absque vlla iniquitate reclusus & iustus, Deut. 32. Oculi Domini super iustos, Psal. 34. Aspiciunt oculi superi mortalia iustis.

Est autem hæc MAIOR Syllogismi, de prouidentia, iniuriæ recitati. Norma iustitiæ & prouidentia DEI est, præcipere, amare, & rursus iusta, & odisse ac punire scelera: iustos præmijs afficere, iniustos punire. Exod. 20. Ego sum Dominus fortis zelotes puniens peccatum: *ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ἐπιεικὴς ἐνδύναμις ὀργῆς*. Cernit DEVS omnia vindex. ⁿ MISA, Sed in hac vita impij & scelerati florent, pij verò & sancti ab improbis opprimuntur & interficiuntur vt Abel à Lycaone, Infantes ab Herode, Petrus & Paulus à Nerone trucidantur. & hic populus Iudaicus, in quo multi pij & veræ ecclesiæ membra sunt, Daniel & alij, ab impio idolatra rege Chaldaeorum victi & capti abducuntur. Ergo Deus non aspicit oculis mortalia iustis, vel hæ rerum humanarum confusiones prouidentia diuina non gubernantur, sed cæco & fortuito casu omnia in rebus humanis sursum ac deorsum voluuntur, sicut pisces in mari temere vagantur, & minores à maioribus, lupis, balenis & alijs pro libidine deuorantur. Cum his dubitationibus fides piorum etiam & sanctorum subinde grauitè conflictatur. Respon-

pon-

spondebit autem secundo & tertio capite Propheta noster, sicut initio summam explicationis recitauimus. Nunc in Minoris explicatione seu querela, de impiorum, nominatim Chaldaeorum seu Babyloniorum felicitate & tyrannide in omnes pios & impios pariter sine vlllo discrimine grassante vsque ad finem capitis commoratur. בגדים Bogdim, proprie excurrentes, qui extra metas iusti & recti, lege DEI nobis circumdatas, cum aliorum iniuria & damno euagantur, Prauaricatores.

Et facis homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sarena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc latabitur & exultabit, propterea immolabit sarenæ suæ & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius & cibus electus. Propter hoc ergo expandit sarenam suam, & semper gentes interficere non parcat.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem, Curarent superi terras, an nullus inesset Rector, & incerto fluerent mortalia casu. Nam cum res hominum tanta caligine volui Aspicere, latoque diu florere nocentes, Vexarique pios, planè labefacta cadebat Relligio, &c.

Vt in mari aut fluminibus, pisces minores à maioribus deglutiantur, vel hamo aut reti capiuntur, nemine eos defendente aut tuente: Ita homines in hoc mundo & regno Iuda præcipue, pios ac impios sine discrimine, Nabugdonosor tanquam piscator, hamis & sa-

genis seu exercitibus suis irretitos & captos in potestatem suam redigit & deglutit.

Christus eandem similitudinem à piscatoribus & retibus sumptam ad Apostolos per ministerium verbi & Sacramentorum ecclesiam hominum recte Deum agnoscentium & colentium æternam ex mundo colligentes accommodat. Ecclesiam pro naue gero: mihi climata mundi Sunt mare: scripturæ, retia: piscis, homo.

Propriæ sapientiæ, virtuti, potentia, victorias istas adscribet, atque ita honorem soli DEO debitum sibi ipsi tribuet, vt Ajax hastam suam, DEVS facit. Amplum & ingens imperium, multas & opulentas vrbes & prouincias, & omnis generis voluptates & delicias adeptus est. An ideo euacuabit sarenam suam, & plures alias gentes sibi subiugare & reti suo capere nunquam cessabit? an propterea perpetuus hic curius victoriarum & fortunæ illius futurus est, nec in vllis calamitatibus & pœnis vnquam hærebit? Q. D. Nequaquam. Sed horribiliter euertetur. Respondebit autem integre in secundo & tertio capite, ad totam hanc obiectionem & querelam de felicitate impiorum syllogismo comprehensam, cuius in argumento prophetae propositi solutionem recitauimus.

Cum autem multi homines à Deo deficiant, propterea quod similibus arumnis bonos & malos in hac vita obrui, & iustos præcipue à tyrannis & alijs improbis duriter premi & recte faciendo miseras sibi augere vident: & omnes sæpe in tanta confusione rerum humanarum & incertitudine euentuum quid agendum sit disputemus: Regulam & artem vitæ Propheta in principio secundi capitis tradit: in qua primum præcipit, vt singuli in sua vocatione mandatis Dei constanter obediant, & fide in DEO adquiescant, &

successus laborum ac cætera bona promissa suo tempore certò exhibenda à DEO expectent: nec offensi periculis & miserijs pariter vagantibus per bonos & malos animo frangantur. Hanc artem vitæ (inquit quidam) vt intelligamus & exerceamus, vtraq; virtute opus est, timore & fide. Timor obedit mandatis Dei. Fides intuens Deum statuit nos iuari & regi ac regi à DEO, & petit ac expectat bonos euentus iuxta promissionem. Non labor in Domino vester inanis erit. ac in talibus exercitijs lux fidei stuentis à Deo nobis propter Christum propitio nos iuari & regi in omni vita, crescere debet.

Et de promissione Messia, quam, etsi differat aduentum suum, & polittiam hanc per Chaldaeos deleri sinat, tamen suo tempore certò exhibitum iri, & iusticiam ac vitam æternam credentibus donaturum esse, præcipue Habacuc hoc loco concionatur.

Caput II.

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & cõtemplabor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.

RESPONSIO ad Querelam & obiectionem primo capite amplificatam: Deus differt pœnas, sed certò impios puniet, & credentes defendet & præmijs ornabit, tum in hac vita tum in omni æternitate.

* Regula vitæ. Fideliter & constanter DEO in mea voca-

tione obediam, vt miles suam stationem & locum sibi attributum tueatur, nec frangar impatientia aut desperatione, etiamsi pios ab impijs opprimi, & aduentum Messia ac liberationes differri videam. Hæc magnæ partis concionum in Ecclesiaste Salomonis summa & scopus est. ^β Quid dicatur mihi IN VERBO DEI, quid loquatur DEVS in verbo suo, non meis cogitationibus & dubitationibus indulgebo, non ex euentibus secundis aut aduersis iudicabo de voluntate DEI, sed in verbo DEI adquiescam, quod certò venturum esse Messiam patribus promissum, & propter eum mihi remissionem peccatorum & vitam æternam credentibus certo donari adfirmat. Interea iubet me in hac vita obedire mandatis DEI, & DEO euentus commendare. Subditus esto Deo, mandato munere fungens, Et spera in dubijs & pete rebus opem. ^γ Ad argumentum meum, passive, ad argumentum, superiore capite propositum. Si est Deus iustus & verax, iustis benè erit, impij punientur, & certò euenient promissa à Deo.

Et ^δ respondit mihi Dominus, & dixit, Scribe ^ε visum, & explana eum super ζ tabulas: vt ^η percurrat qui legerit eum. Quia adhuc ^θ visio procul, & apparebit ^ι in finem & non mentietur.

^δ Verbo à se tradito, seu viua ipsius voce, seu infusum ad flatuq; Spiritus sancti peculiari, propheta reuelato, seu libris sacris scripto. ^η Prophetiam seu verbum tibi reuelatum. Prophetas iubet scribere verbum à se traditum. Nos iubet

iubet

iubet legere & scrutari scripturas sacras, & doctrinam ac consolationem in omnibus ærumnis & doloribus ex illis haurire. Est enim hæc scriptura θεό-
 γραφία, diuinitus prophetis inspirata, utilis ad docendum, &c. 2. Tim. 3. Rom. 15. Ioan. 5. & Idem quod **S C R I B E**. Veteres enim tabulis ceratis ex codicibus arborum sectis, stilo ferreo scribebant, ita vt acuta stili parte literas exararent, lata corrigerent & delerent. Vnde Horatius, Sape stilum vertas, iterum quæ digna legi sunt Scripturus. * Vt citò intelligere possit lector, quid huic argumento respondendum sit. * Vltio ad tempus **ἡμεῖς ἡμεῖς** prophetia seu promissio de aduentu Christi & defensione ac salute piorum & pœnis impiorum; suo tempore diuinitus constituto & definito, certissimè implebitur. * Repetit mutatis verbis quod iam dixerat, Tempore à **D E O** definito & constituto fient quæ promissa sunt.

Si * moram fecerit, expecta illum: quia [^] veniens veniet, & non tardabit.

Ecce qui [^] incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.

sumus subtractionis filij, in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

Psal. 27. Credo me visurum bona Domini in terra viventium. Sed expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & expecta Dominum. Psal. 130. Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in Domino. A custodia matutina vsque ad noctem speret Israël in Domino, μέλλει τὸ θεῖον, ἐπὶ τοιαύτων φύσει. Differt enim **D E V S** in ærumnis auxilium & liberationem propter quinque causas. Vt nostra fides, inuocatio & spes exerceatur & fiat ardentior. Quia vult nos, non ex (nobis ipsis tanquam idolis) nostra sapientia & consilio pendere, sed sua sapientia & voluntate paterna vitam nostram gubernare. Vt nostra constantia exploretur. Vt præsentia Dei in mirandis liberationibus illustrius conspiciatur. Vt gratitudo fiat ardentior & diuturnior.

χρόνια τὰ τῶ θεῷ, ἐς τέλος δὲ οὐκ ἀδενῆ. ἐς τέλος οὐ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίαν οἱ δὲ κακοὶ ὡσπερ πεφύκασι οὐκ ἀδύχοιεν αὐτῶν. ἡ βαρύνει μακάρων ὡραὶ φίλαι, ἀλλὰ πικρὰ καὶ ἐρχοῦντ' ὡσεὶ βίβωσι ἀεὶ ἀγαθὸν τι φέροισαι.

* Simplificissima est & grauißima sententia, quam latinus interpretes exprefit. Vt enim fides, totius Christianæ pietatis & salutis nostræ basis est, quæ sola tranquillitatem & pacem conscientiæ, in omnibus vitæ huius negocijs, doloribus, ærumnis & morte ipsa adfert. (Rom. 4. 5. Eph. 3. Ebr. 11.) Ita qui incredulus est, & vel doctrinam à Deo traditam negligit ac contemnit; vel opinionones de **D E O**, & vitæ mores, hac regula vitæ immota non gubernat; vel in verbo **D E I** ac promissione gratiæ & misericordiæ **D E I** propter Christum promissæ firmiter in omnibus vitæ negocijs & calamitatibus, & morte ipsa, non acquiescit: non erit recta anima eius in semetipso, nullam certam & firmam doctrinæ & vitæ normam, nec consolationem in doloribus & ærumnis veram & efficacem, nec tranquillitatem & lætitiā conscientiæ vllam habere poterit. Esa. 7. Nisi credideritis non permanebitis. Syrac. 33. Hypocrita in lege erit ὡς ἐν καταγίδι πλοίων, sicut cymba seu nauicula in turbulenta & saua tempestate iactata, nusquam consistere,

filere, nullum portum seu firmam consolationem habere poterit, sed tandem succumbet trepidationi & dolori, & dubitationum ac desperationis fluctibus submergetur. Sola fides innixa Deo trepidantia firmat Pectora, & in mœsto securum tempore tempus Præsumit confisa DEO. Epistola ad Ebraeos cap. 10. Græcam interpretationem retinet, *εάν υποσείληται, οὐκ ἐδοκίμη ψυχὴ μετ' ἐν αἰσῶν*. Si subduxerit se, non complacitum est animæ mee in eo, non probat eum anima mea. *וְיִשְׁבַּח ה' אֱלֹהֵינוּ* Non recta (erit) anima eius (DEI) in eo, subducente se, seu incredulo. nam prius adfixum ad Deum, posterius ad incredulum retulerunt, & verbum *וְיִשְׁבַּח* Vppellatiua foemin. præteritum seu participium, verterunt, *εάν υποσείληται, ἀπὸ υποσείληται* subducere se ex dissidentia in arcem aliquam munitam, vbi tutus & incolumis conseruetur. Pij verò fide in DEO adquiescentes Turrim fortissimam habent nomen Domini, Iustus confugiet ad eam & saluabitur. 2. Paral. 20. Credite Domino, & securi eritis. Hi in curribus, & hi in equis nos autem in nomine Domini DEI nostri.

Nos autem non sumus subductionis (filij) ex ijs qui se subducunt, trepidantes & diffidentes DEO & ad alia præsidia deserto DEO confugientes: ad interitum qui intereunt & damnantur, sed fidei, adquiescentis in DEO nobis propter Christum propicio, seu ex ijs, qui credunt, *εἰς σωτηρίαν ψυχῆς*, ad animæ salutem. Significat autem *וְיִשְׁבַּח* proprie fauces montium, quas Græci *πέλας* nominant, & turrim seu arcem, ad fauces montium extructam, qualis Ierosolymæ fuit supra vallem, quæ montem Sion à monte Moria dirimebat fluuiolo Gihon irrigatam, 2. Paral. 33. 27. Nehem. 3. Inde verbum Piel *וְיִשְׁבַּח* & *וְיִשְׁבַּח* per arctas fauces temerario ausu contendere, vel ex impaudentia sine fide aliquid aggredi & tumultuari, sicut Israëlitæ Num. 14. Deut. 1. Horum nec animæ rectæ ac iustæ & Deo placentes sunt, nec prosperos & rectos successus eorum molitiones habent, sondern gehen den Krebsgang. Cum autem arces seu turres quas *וְיִשְׁבַּח* nominant, in excelsis & sublimibus locis sitæ sint: Santes elatum & superbum reddit. Nabugdonosor seu Baldasar peruerso animo præditus extollit & effert se. vel vt proprijsimè verbum Ebraeum reddi putatur, elata est, non recta anima eius in eo. Sed illustriorem & grauiorem latiusque in omnibus vitæ negotijs & pietatis exercitijs patentem sententiam latina versio vetus & vsitata expressit.

IVSTVS autem ^{est} FIDE In lege Dei, in Iurisprudentia, in Philosophia, & civili hominum vita, IVSTVS est qui facit legem, seu obedit legibus: vitans scelera quæ lex prohibet, & faciens honesta opera quæ lex præcipit. *ὅτι δὲ δικαιοσύνη συνίσταται πρὸς ἐργῆν αἰ*. Iustum q. d. iustum, quod lex iussit. *δικαίον ἀ δίκη*, *Recht*, Rectum, ad normam legis congruens.

Ideo quidam, sceleratè corruptentes hoc dictum, fingunt, vnum quemque honestè viuentem, seu opera lege mandata facientem, in sua religione seu fide, siue Iudaica, siue ethnica, siue Christiana, siue Mahometica saluari, contra has æternas & immotas Christianæ religionis regulas: Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Iohan. 14. Nemo venit ad patrem, nisi per filium. Alij sic interpretantur: *iustus*, scilicet operibus, faciens bona opera; placet DEO & fit hæres vitæ æternæ cum accedit fides, id est, professio do-

ctrimæ

Erina Christiana, credens omnibus quae ecclesia Christiana credenda pro-
 ponit. Sed hanc corruptelam Paulus Gal. 3. hoc dictum Abacuc iusticiae
 legis expressè opponens refutat. Quod autem ex LEGE nemo iu-
 stificetur, manifestum est. Quia IVSTVS fide vivit. Lex autem non est
 ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in eis. In hac antithesi disertè adfirmat Pau-
 lus, neminem lege seu operibus, seu faciendo legem coram Deo iustificari.
 Non igitur significat IVSTVS hoc loco facientem legem, sed Dei Chri-
 sti iusticia gratis imputata acceptum & placentem DEO: seu habentem re-
 missionem peccatorum, & reconciliatum Deo gratis propter Christum me-
 diatorem. FIDE, non solum notitia & professione articulorum reli-
 gionis Christiana, nec nudo ad sensu in genere articulos doctrinae veros esse
 credente, quam historicam fidem etiam diaboli habent: sed firma FIDUCIA
 promissionem gratiae seu remissionis peccatorum & salutis aeternae propter
 mediatorem amplectente, & certo statuente se à DEO propter Christum
 in gratiam recipi & verè diligi, & in arumnis Deum nobis adesse, opem
 ferre, mitigare miseras & certo daturum esse vitam ac gloriam aeternam,
 ideoq; firmo & lato corde in paterna hac DEI erga se benevolentia pro-
 pter Christum promissa perpetuo ad quiescente. de qua fide Paulinus inquit:
 Sola fides innixa Deo trepidantia firmat Pectora, & in mœsto securum tem-
 pore tempus Præsumit, confisa DEO: nam non metuenti Fidere causa Deo;
 fidant legionibus illi Nulla salutiferi quibus est fiducia Christi, Nos cru-
 cis inuictæ signum & confessio munit, Armatiq; Deo mentem, non quæri-
 mus arma Corporis, &c. SVA, non aliena fide, non aliorum meritis,
 Missis alijsue operibus, alieno sacrificuli opere ipsi applicatis, sed SVA pro-
 pria fide statuente SIBI ipsi Deum propitium esse, & vitam aeternam certo
 donari. Matth. 9. Confide filii, remittuntur TIBI peccata tua. VIVET,
 in omni aeternitate & in hac vita, etiamsi multis miserijs & arumnis preme-
 tur, tamen non opprimetur desperatione, non succumbet doloribus, non
 ruet in aeternum exitium, sed sustentabitur hac vera consolatione, quod
 Deum propter Messiam promissum sibi propitium habeat, nec fallat eum
 expectatio, sed DEVS credentem certo servabit. Non igitur aliena
 dicta de fide Abrahæ & Abacuc Paulus ad suam doctrinam de iustitia fidei
 detorsit. Etsi enim de bonis corporalibus promissiones Abrahæ & Haba-
 cuco traditæ loquerentur: tamen in his quoq; semper prælucere fidem acci-
 pientem remissionem peccatorum necesse est. Non potest Abraham à DEO
 petere & expectare heredem, David victoriam, Ioseph liberationem ex
 carcere, Abacuc liberationem ex captivitate Babylonica, nisi prius statuunt
 DEVM sibi propter mediatorem propitium & placatum esse. Quæcun-
 que igitur sint externa obiecta fidei, quæ sunt varia & multiplicia, si-
 cut tempora, personæ & negotia ferunt: tamen semper primum & principa-
 le obiectum fidei vnum est, videlicet, Remissionis peccatorum, & favoris
 divini propter Christum, seu Deus propitius iuxta promissionem. Hac
 regula animadversa, facile iudicari potest, testimonia de fide, ex Genesi &
 Abacuc rectè à Paulo Rom. 1.4. & Gal. 3. accommodata esse ad fidem, quæ
 accipit remissionem peccatorum propter Christum mediatorem. Sic in
 epistola ad Ebræos cap. 11. plurima exempla de fide congeruntur, vbi etsi
 dissimilia sunt externa negotia, tamen fides vnum principale obiectum, vi-
 delicet, Deum propitium iuxta promissionem intuetur;

Caput III.

DO Enas regi Chaldaeo & regno eius denunciat: earumque causas, seu peccata praecipua exponit, quorum primum est: **SUPERBIA**, & ambitio, seu cupiditas augenda potentiae & plures gentes ac regna sibi subiiciendi inexplebilis. **II. Tyrannis** pro libidine grassans in aliorum corpora & fortunas. **III. Rapina** & Spolia, **IIII. Arcium munitarum** ex spolijs & sanguine ac sudore pauperum **Aedificatio**, & **FIDUCIA**. **V. Simulatio** amicitiae & Perfidia sub specie benevolentiae alios incautos opprimens. **VI. IDOLATRIA** seu statuarum & imaginum adoratio stulta, coram **DEO**, abominabilis & cultoribus praesentes ac aeternas poenas attrahens.

Primi autem versus sententia est. Deus superbum regem Chaldaeorum, tot successibus ac victorijs & tanta imperij & potentiae magnitudine ebrium & delirum, horribiliter euerteret. **DEVS** enim superbis resistit & abominatio est coram **DEO** omnis superbus. vt de Xerxe Persarum rege potentissimo Herodotus scripsit: Φιλεῖ ὁ θεὸς πάντα τὰ ὑπερέχοντα κολᾶν. ὁ γὰρ ἑαυτὸν θεὸς μέγα φησὶ ζῆδεν ἢ ἑαυτὸν. Omnes autem natura sumus superbi, nos ipsos admirantes & magnificentes, & sine timore Dei & agnitione propria infirmitatis nobis ipsis videmur sapientes, iusti, sancti, pij, & alios despiciamus, & cum accidunt aduersa, irascimur Deo tanquam iniuste punienti. **Causae** sunt, Coecitas mentis non considerans propriam infirmitatem, nec agnoscens Deum autorem donorum, vt rex Chaldaeus Dan. 4. inquit: Haec est illa Babylon, quam ego **EGO** aedificauit. Deinde in voluntate & corde naturalis securitas, non metuens iram & iudicium **DEI** & Φιλαντία se ac sua immodicè amans. Initium autem omnis peccati est superbia primorum hominum, quibus hac voce, *Eritis sicut Dei*, superbiam & ambitionem diabolus adflauit, & plurimas in mundo calamitates & miseras *Παράσεις* nobis & alijs tantum superbia & ambitione attrahimus, vt Christianus III. Daniae rex principalem causam bellorum inter reges, tantum esse pugillum superbiae, dixit.

Ut quomodo ^a vinum potantem ^b decipit: sic ^c erit vir superbus, & non ^d decorabitur: qui dilatauit quasi ^e infernus ^f animam suā: & ipse quasi mors & non adimpletur, & congregauit ad se omnes gentes & coaceruauit ad se omnes populos.

Babylonici, in conuiuio potantis, ea nocte, qua Babylon à Cyro & Dario Medo capta est, historiam videtur, Dan. 5. ^g *כי כד* excurrere, extra metas euagari facit. Ieronymus praearicandi verbo plerunque reddidit. Vino

^a Οἶνος καὶ φρονήσεως ἐστὶ ἀφροσύνη κατεβάλλει. Ose. 4. Vinum & ebrietas auferunt cor. Hierocrates, ὅταν ὁ νῆς ὑπὸ οἴνου διαφείρῃ, τὰ ἅπαντα τῶν ἀρμάτων τῆς νηὸς ἠνιόχως διαβάλλει. Ecommoda φροσύνη σώζει τὴν φρόνησιν. Plauto, Impossibile est in Sicilia esse homines prudentes, vbi quotidie bis saturi fiunt. De Ebrietas legatur Seneca epist. 84. & Phinij lib. 14. cap. 22. Aliter dicitur ad Baldafari regis

Vino deditus prauaricatur. * Vt ebrii, amentes & deliri, regere consilia & actiones vitæ suas prudenter nequeunt: sed cæco impetu ruunt, quò fert furiosa libido: sic homo superbus est ebrius, fatuus, cæcus, non agnoscit suam infirmitatem, non cernit Deum autorem donorum, non meruit iram & iudicium Dei, sed securus & propria sapientia ac viribus confusus errat in consilijs, & suscipit iniusta aut non necessaria, & sibi ipsi exitium atrahit, vt Nabugdonosor superbus Dan. 4. ratione & mente priuatur.

וְיָרִיב נְלִי non decorus erit, turpiter se dabit, rursus euomet regna & gentes absorptas: significat etiam locum seu villam, aut pascua amœna. Ideo Santes verit, Non permanebit in habitaculo seu regno suo. וְיָרִיב אֶתְּרֵם אֶתְּרֵם à petendo, quod omnes postulet, insatiabiliter caua guttura pandens. Proprie sepulchrum, seu locum subterraneum, in quo mortui conduntur, significat.

‡ Desiderium suum & cupiditatem inexplebilem, vt Alexander magnus, cum plures mundos esse audiret, ingemuit, quod nondum vnius mundi integri dominus factus esset.

Nunquid non omnes isti super eum * parabolam sument, & † loquelam † ænigmatum eius? * Væ ei, qui multiplicat non sua. † Vsq̄uequo, & aggrauat contra se densum † lutum.

* Parabola proprie significat collationem seu similitudinem sumptam à rebus inanimis, vel mutis, Matth. 13. Gnomina, sententia, est breue dictum, quod aut præceptum de moribus nudum, vel addita mentione præmiorum & pœnarum, aut admonitionem de

communibus vitæ casibus continet, vt Præcepta Decalogi; Versus Phocylidis. Proverbium, Paræmia, Adagium, est dictum celebre in populo, scita quadam nouitate insigne, vel Gnome celebris, vel alia qualiscunque descriptio, plerunque figura aliqua, præcipue Metaphora vel allegoria aliquid significans. Irus & est subito qui modo Cræsus erat. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Boni pastoris est tondere pecus non deglubere.

Hæc omnia Ebræi vna voce חֵן appellant, quòd talia scitè dicta insignem aliquam sententiam vel doctrinam continentia, in oratione velut stellæ emineant, & excellant, eamque illustrent, à חֵן quod antecellere & dominari significat.

Nunquid non isti omnes de eo prouerbiū sument, vt Græci de Cræso Lydorum rege potentissimo. Irus & est subito, qui modo Cræsus erat, & de Xerxe, innumerabilibus copijs Græciam irritò conatu oppugnante, Scythæ de Baiazete Turcico, Persæ de Valeriano Rom. Imperatore, qui scabellaregibus victoribus equos conscensuris præbuerunt. hic Saporì Persæ: ille Tamberlani Scythæ. מְלִיץ

fabulam, & ludibriū vulgi, à מְלִיץ illust, vt iam Moschus, tota Liuonia cedens, vulgi fabula est. מְלִיץ אֶתְּרֵם אֶתְּרֵם acuit, acutè dicta, ænigmata, scommata, dicteria.

* Sic punire D E V S superbos reges & tyrannos crudeles, Pharaonem, Neronem, Ioannem Basilidem, Moschorum ducem, &c. solet, vt qui multis gentibus antea terrori erant, & aliorum opes & bona per fas nefasque ad se rapiebant, nunc omnibus ludibrio sint. † Non

perpetuo tyranni pro sua libidine, velut immanes beluæ, in populis graffabun-

fabuntur, sed breui ad metas, diuinitus præfixas, peruenient. * Gra-
uissimam molem fœdissimarum calamitatum. Vel opes ipsæ, aurum & ar-
gentum sunt terra & lutum preciosum & res fluxæ, caducæ, statim interitura.

Nunquid non repente con-
surgent, qui mordeant te, &
suscitabuntur lacerantes te, &
eris in rapinam eis? Quia tu es spo-
liasti gentes multas, spoliabunt
te omnes qui reliqui fuerint de
populis, propter sanguinem
hominum, & iniquitatem ter-
ræ, ciuitati & omnibus habitan-
tibus in ea.

cerunt eadem patiantur & ipsi.

A te effusum, propter cædes in-
iustas à te factas, vicissim occideris. Deus enim sanguinis effusi poenas in
sanguine poscet. & Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci De-
scendunt reges & sicca morte tyranni. * omni iniurias per vim illatas ha-
bitatoribus terræ Iudaicæ & ciuitatis Ierosolymæ.

Væ qui congregat auarici-
am malam domui suæ, vt sit in
excelsis nidus eius & liberari se
putat de manu mali. Cogitasti
confusionem domui tuæ, con-
cidisti populos multos, & pec-
cauit anima tua.

annos quinquaginta, Arces munitas, pecunia ex populo expilata, & sa-
dore ac sanguine subditorum ædificabant, in quibus se aduersus Cæsarem
Romanum & Turcicum tutos fore somniabant. * Vt in bello Germani-
co 1547. munitissimæ arces principum & ciuitates, Cæsari Carolo victori,
spontè deditæ, ignominiam & dedecus suis ædificatoribus pepererunt.

Quia lapis de pariete cla-
mabit, & lignum quod inter
iuncturas ædificiorum est, & re-
spondebit: Væ qui ædificat
ciuitatem in sanguinibus, &
præparat urbem in iniquitate.

sentes & æternas talium arcium ædificatoribus denunciat.

Ut Moscorum tyrannum
nostra ætate totos viginti an-
nos ferè impunè in Lituonia
grassantem & omnia rapinæ,
cædibus, direptionibus im-
plentem, Stephanus Poloniæ
rex, & Sueci vicissim momor-
derunt, & tota Lituonia & Rus-
siæ arcibus Finnoniæ opposita,
rursus spoliarunt. * Eia. 33.
Væ qui spoliast, quia spoliabi-
ris. *עַיִן אֲדֹנָי תָּא עֹשֶׂה, דִּינָן שְׂוֵאָה
מִיָּדָי.* Iusta malis hæc admisso
pro crimine pœna est, si quæ fe-

A te effusum, propter cædes in-
iustas à te factas, vicissim occideris. Deus enim sanguinis effusi poenas in
sanguine poscet. & Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci De-
scendunt reges & sicca morte tyranni. * omni iniurias per vim illatas ha-
bitatoribus terræ Iudaicæ & ciuitatis Ierosolymæ.

In Ebræo *וַיִּבְנֶה אֲנֹכִי* auro
auaro, exercenti auaritiā ma-
lam, vt domum suam (ædificet.)
Vt arces excelsas & munitas
in excelsis rupibus extruat, qui
in excelsis rupibus extruat, qui
rum præsidio ex malis vici-
quaq; ab omnibus hostibus in-
minentibus liberetur. vt Nen-
rod turrim Babylonicam, Ger-
manici quidam principes ante

annos quinquaginta, Arces munitas, pecunia ex populo expilata, & sa-
dore ac sanguine subditorum ædificabant, in quibus se aduersus Cæsarem
Romanum & Turcicum tutos fore somniabant. * Vt in bello Germani-
co 1547. munitissimæ arces principum & ciuitates, Cæsari Carolo victori,
spontè deditæ, ignominiam & dedecus suis ædificatoribus pepererunt.

Insignis profopœcia,
tribuens sermonem, sensum &
adfectum hominis muto lapidi
& ligno. * Sicut in choro
alternis vicibus canentes sibi
mutuo respondent, & succi-
nunt. *z* Carmen lapideum
& lignorum, quod tristissimam
v. a. e. h. horrendas pœnas præ-

sentes & æternas talium arcium ædificatoribus denunciat. * Pecunia,
cædibus,

caedibus, rapinis & expilationibus pauperum iniustis, parata, vel sudore & sanguine pauperum subditorum, Mich. 3.

Nunquid ^a non sunt hæc à Domino exercituum? laborabunt enim populi in multo igne, & gentes ^b in vacuum, & deficient.

Quia replebitur ^c terra ^d ut cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare.

& impiorum, ac crudelium tyrannorum, qui ecclesiam Dei persecuti sunt, Nabogd. Baldas. Pharaonis, Neronis, &c.

^a Ut cognoscant & celebrent homines GLORIAM DOMINI DEI Zebaoth sapientissimo & iustissimo iudicio omnia in hoc mundo prouidentis & administrantis, & tandem grauiissimis pœnis superbiorum & potentum regum scelera vindicantis etiam si aliquantisper pœnas differat.

GLORIA DEVM afficere est laudem Deitatis, sapientiæ, omnipotentia, iusticiæ punientis scelera, misericordiam gratis nos recipientis propter Christum mediatorem, veritatis seruantis promissa, omniumq; cæterarum virtutum, Domino tribuere. Est enim GLORIA DOMINI vox relativa, cuius fundamentum est ipsa Dei essentia, sapientia, omnipotentia, iusticia, veritas, misericordia. Terminus est agnitio & celebratio ecclesiæ in terra militantis & in cœlo triumphantis, quæ hanc Deitatis & virtutum laudem ei tribuit: Quod videlicet hic DOMINVS Deus Zebaoth, populo Israël patefactus, solus sit verus DEVS, sapiens, IUSTVS ac vindex scelerum, OMNIPOTENS, qui potentes & truculentos tyrannos Pharaonem, Nabogdonosor, Baldasar, ex summo fastigio in extremas calamitates deijcit, MISERICORS, clemens & beneficus in seruandis & liberandis pijs, VERAX in comminationibus pœnarum, & promissionibus liberationum, ac præmiorum erga pios præstandis.

Glorificant ergo DEVM pœnæ potentum tyrannorum & liberationes piorum, quia agnoscunt homines, DEVM non esse inane nomen. Ut dicitur Exod. 14. Viderunt Aegyptij manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino & Moyse seruo eius.

Væ qui ^e potum dat amico suo, mittens ^f fel suum, & inebrians, ut aspiciat ^g nuditatem eius. ^h Repletus es ignominia pro gloria. Bibe ⁱ tu quoque, & ^k confopire. Circumdabit te ^l calix dexteræ domini, & ^m vomitus ignominia super gloriam

^a Non casu hæc accidunt, sed DEO sapiente, verace & iusto vidente & puniente.

^a Quod multo labore populorum ædificatum est, ignis copiam præbebit, incendio absumetur. ^b Ebr. גרי גיק

in abundantia inanitatis .i. frustra, inaniter defatigabuntur.

^c Replebitur terra) toto terrarum orbe innotescant & celebrabuntur pœnæ superbiorum,

^d Ut cognoscant & celebrent homines GLORIAM DOMINI DEI Zebaoth sapientissimo & iustissimo iudicio omnia in hoc mundo prouidentis & administrantis, & tandem grauiissimis pœnis superbiorum & potentum regum scelera vindicantis etiam si aliquantisper pœnas differat.

GLORIA DEVM afficere est laudem Deitatis, sapientiæ, omnipotentia, iusticia, veritas, misericordia. Terminus est agnitio & celebratio ecclesiæ in terra militantis & in cœlo triumphantis, quæ hanc Deitatis & virtutum laudem ei tribuit: Quod videlicet hic DOMINVS Deus Zebaoth, populo Israël patefactus, solus sit verus DEVS, sapiens, IUSTVS ac vindex scelerum, OMNIPOTENS, qui potentes & truculentos tyrannos Pharaonem, Nabogdonosor, Baldasar, ex summo fastigio in extremas calamitates deijcit, MISERICORS, clemens & beneficus in seruandis & liberandis pijs, VERAX in comminationibus pœnarum, & promissionibus liberationum, ac præmiorum erga pios præstandis.

Glorificant ergo DEVM pœnæ potentum tyrannorum & liberationes piorum, quia agnoscunt homines, DEVM non esse inane nomen. Ut dicitur Exod. 14. Viderunt Aegyptij manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitq; populus Dominum, & crediderunt Domino & Moyse seruo eius.

Væ qui ^e potum dat amico suo, mittens ^f fel suum, & inebrians, ut aspiciat ^g nuditatem eius. ^h Repletus es ignominia pro gloria. Bibe ⁱ tu quoque, & ^k confopire. Circumdabit te ^l calix dexteræ domini, & ^m vomitus ignominia super gloriam

PERFIDIA Tyrannica, simulata specie beneuolentiæ alios incautos opprimens.

^e Qui specie amicitia & beneuolentiæ societates & fœdera cum vicinis & alijs sanctissima init, ut eos incautos vel ab alijs suis hostibus segregatos & seiunctos, postea illis deiectis & deletis, facilius opprimat & extinguat. Hi verè

tuam

Kk

tuam

tuam

tuam. Quia ⁿ iniquitas Libani operiet te, & ^o vastitas animalium ^p terrebit eos, de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

lenfi inuitat, eaque finita, admotis Hispanorum custodijs, captiuum retinet. ^f חמין Heminam seu virem seu poculum vino plenum. præterea iram, furorem, bilis excandescientiam seu significat, à חמין caluit, arsit.

^g חמין נעוריהו Nuditatem eius, à verbo נעור נודאuit, inde נעור Nuditas, turpitudine. Leuit. 19. Turpitudinem matris, filia, sororis tuae .i. pudenda. Metalepsis vocabuli abstracti pro concreto.

^h Repletus es tu quoque ignominia pro gloria. q. d. *Antrew wird hren eigen herrn treffen.* sicut tu alios ignominia & dedecore adfectos omni honore & gloria spoliasti, ita tu quoque Nabugdonosor, omni potentia & gloria & ratione tua priuatus, confunderis, Dan. 4. Tu Baldasare Imperio & vita mulctaberis à Persis, Dan. 5. Tu Pharao ex summo regni fastigio in profundum mare demergeris, Exod. 14.

ⁱ Eandem ignominiam & contumeliam, qua alios deformasti, tu quoque subibis.

^k חמין נעוריהו nudaberis seu præputiaberis, apparebis præputiatus, nudus & abominabilis. Noster interpres per metathesin literarum חמין vertit confopire.

^l Vsitatissima Prophetis Metonymia primùm continentis calicis seu poculi pro contento potu. Deinde metaphora, pro demenso poenarum & calamitatum, quas cuique DEVS distribuit & imponit. Psal. 75. Deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exultat. Calix in manu DOMINI vini meri & effundet ex hoc in illud, sed feces ebibent peccatores terra. Esa. 51. Confurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem ire eius. Jerem. 25. 49. Psal. 116. Calicem salutarem accipiam. Matth. 26.

^m Vomitu foedabitur & obruetur gloria tua, vel turpiter euomes & amittes rursus regna & gentes, quas antea imperio tuo subiectas, velut deglutinasti.

ⁿ Metalepsis, causa pro effectu, poena propter iniquitatem, seu iniurias à te illatas Libano, seu terræ sanctæ, quam Libanus seu Alpes .i. altissimi montes, niue candentes, à septentrione & ortu cingunt.

^o Vastitas per tuos milites feros effecta, sicut ferae sylvarum agros vastare solent.

^p Conteret feras illas, propter sanguinem hominum per eos effusum, & iniuriam terræ illius incolis illatam.

Quid ^q prodest ^r sculptile, quia sculpsit illud fictor suus ^s conflatile & imaginem ^t falsam? quia ^u sperauit in figmento fictor eius,

IDOLOLATRIA seu statuarum & imaginum adoratio stulta, coram Deo abominabilis & præsenres ac æternas poenas cultoribus attrahens. Proprie enim Græca vox ειδωλατρον ut it.

ut faceret^x simulacra muta. Væ^y
 qui dicit^z ligno, Expergiscere:
 Surge, lapidi tacenti. nunquid
 ipse docere poterit? Ecce, ille co-
 opertus est auro & argento: &
 omnis spiritus non est in visce-
 ribus eius: **DOMINVS** autem
 in^a templo sancto suo: & fileat à
 facie eius omnis terra.

mus, vel tenuis umbra. Galenus: γνωστέων εἰδῶν εἰδωλον ἀποδείξεως. Ne imagi-
 nem quidem aut tenuem umbram demonstrationum nouerunt. Socrates
 fol. 23. λόγῳ ἀληθῆς καὶ δικαίου ψυχῆς ἀγαθῆς εἰδωλον ἐστὶ. Verax & iusta ora-
 tio est idolum seu simulacrum & imago mentis bonæ. Est autem Idolum
 seu imago, vox relatiua, cuius fundamentum est Archetypus seu exemplar
 ad cuius similitudinem imago expressa est. Sicut Idoli seu imaginis in spe-
 culo relucētis fundamentum est intuens speculum, à quo similis figura, &
 color in speculum transfunditur. Formale est similitudo seu congruen-
 tia earum rerum, quæ Archetypo & imagini communes sunt, vt figuræ &
 lineamentorum faciei & reliqui corporis, sicut in imaginibus sculptis aut
 penicillo expressis; vel substantiæ, sicut in filio **DEI**; vel qualitatum, sa-
 pientiæ, virtutum & actionum cæterarum, sicut homo est imago Dei, quia
 similis sapientiæ seu lux mentis, & libertas voluntatis, & iusticia, ac con-
 formitas cæterarum virium cum archetypo **DEO**, ipsi in creatione attri-
 buta est. Idola verò seu imagines & statuæ aureæ aut lapideæ, nihil si-
 mile Deo habent, non lineamenta, non substantiam, non mentem, volun-
 tatem, sensum, aut motum vllum. Ergo nec dij sunt, nec imagines Dei.
 Ideoq; stultum, impium & abominabile est eas colere. Quis enim sanæ
 mentis homo tam ineptus est, vt putet aliquid esse in statua Dei, in qua ne
 hominis quidem quidquam est, præter umbram? inquit Lactantius. Cum-
 que fabros, qui illa fecere, contemnat; simulacra adoret? & partem ligno-
 rum, ex quibus factæ sunt statuæ, abiectam comburat, reliquam partem
 Deum esse existimet: hanc stultitiã idololatriarum prolixis cõcionibus exa-
 gitant Prophetae, Esã. 44. 41. 46. Baruch. 6. Sap. 13. 14. 15. 16. Psal. 115.
 Præterea absurdissimum est, hominis imaginem coli ab imagine Dei. Nam
 præstantius & diuinius ab imbecilliore colendum est: Sed Iouis, Saturni,
 Herculis, Apollinis, Aesculapij statuæ, sunt imagines hominum defuncto-
 rum, qui paulò ante belli Troiani tempora vixerunt. Itaq; stultissimum est
 eas à viuis Dei imaginibus adorari & coli. Cùm autem in ecclesia Dei
 multò latius vocabulum Idololatriæ pateat, vt cum Paulus Ephes. 5. auar-
 itiam nominat Idololatriam: aliquanto accuratius varia & diuersa genera
 Idololatriæ in mundo considerari & distingui oportet. Ideo hanc definitio-
 nem Idololatriæ iuniores meminerint. **IDOLOLATRIA** est, proprio
 consilio & temeritate, sine certo Dei verbo, vel nouos & commentitios
 Deos comminisci: vel honorem soli verò Deo creatori debitum tribuere
 creaturis: vel operibus manuum humanarum, videlicet statuis & simula-

riose eduxisti, vt aternus liberator I H S V S Christus, in hac politia tandem iuxta promissiones huic populo datas exhibearur.

Domine audiui * auditio-
nem tuam, & timui: **D**o-
mine γ opus tuum δ in
medio annorum, viuifica: in
medio annorum ϵ notum faci-
es: cum iratus fueris, ζ miseri-
cordia recordaberis.

uelationibus seu ex instinctu & afflatu tui spiritus, Auditionem tuam .h. te **D E V M** peccata populi tui cognouisse, & seuerissime vindicare exilio populi & excidio politiae decreuisse. vt auditio Dei, qua peccata populi **D E V S** iustus iudex audiuit seu cognouit, (vt clamor peccati Sodomorum ad eum penetrasse *αδραποπαδωδ* dicitur) simul indignationem & poenam iustissimam & grauissimam, per Synecochem complectatur. Qua cognita & percepta Habacuc se timuisse iram & iudicium Dei, & ingenti moerore ac luctu adfectum, ad Dei misericordiam implorandam, & hanc precationem ad Deum fundendam, excitatum fuisse ostendit, vt prima haec sententia causam *πεκαταρετικην* orationis Habacuci complectatur. β Propositio

orationis: Oro te Deus, vt populum tuum defendas & serues, & suo tempore ex captiuitate Babylonica liberet. γ Ecclesiam populi Israel ex toto genere humano electam, vt sit peculium & opus tuum, non solum ratione creationis, sed etiam redemptionis & regenerationis, ac ingentium beneficiorum spiritualium & corporalium, quae in hunc populum praecunctis gentibus caeteris contulit. Ephes. 2. Ipsius opus sumus, conditi ad bona opera, quae preparauit **D E V S**, vt in eis ambulemus. Esa. 64. Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum, & opera manuum tuarum omnes nos, ne irascaris Domine valde.

δ Suo tempore, *zu rechter zeit* / opportuno tempore ex his miserijs liberato, vel in medio annorum captiuitatis Babylonicae, interea dum est captiuus, tuere & serua eum incolumem, non sinas succumbere dolori & desperare, sed tua consolatione viuifica, sustenta & suo tempore libera.

ϵ Vt mentes & corda piorum tuam consolationem, praesentiam, auxilium agnoscant, credant, sentiant & experiantur.

ζ Primum argumentum precationis, ab Honesto seu causa impulsua, videlicet **MISERICORDIA DEI** promissa propter Christum Mediatorem. Vbicunque enim in Psalmis & Prophetis misericordiae Dei mentio fit, semper simul complectendus est filius **DEI** Mediator, propter quem solum nobis remissionem peccatorum, gratiam, seu gratuitam misericordiam & fauorem suum, paternam beneuolentiam, auxilium, liberationem, & omnia bona praesentia & aeterna nobis **D E V S** promisit. Psal. 51. Miserere mei **D E V S** propter magnam misericordiam tuam, scil. promissam propter Christum.

Vt autem pater castigans filium delinquentem, non prorsus eum perdere & abijcere, sed emendare & seruare cupit: ita **D E V S** paterno animo, nostrae salutis & emendationis causa, nos castigat & punit, **NON IN FVRORE SVO** arguit nos, non totam iram effundit, non in aeternum interitum nos abijcit, vt Saulem. Sed in **IRA MISE-**

RICORDIAE suae recordatur, & mitigat, ac lenit poenas. Psal. 103. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentium se. Misericors & miserator Dominus, longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascetur. Psal. 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiae tuae. Adiuua nos DEVS salutaris noster & propter gloriam nominis tui libera nos. Ose. II. Quomodo dabo te Ephraim? An sicut Adama ponam te? Imò conuersum est in me cor meum, exarsit commiseratio mea, non faciam furorem irae meae, non perdam Ephraim, quia DEVS ego sum & non homo, in medio tui sanctus .i. patefeci me vobis, tradidi vobis verbum, propter id inter vos habito, nec penitus vos delebo. Ita nos quoque in nostris precibus hac forma verborum Habacuci vtamur: DOMINE in ira misericordiae recorderis, agnosco te iuste peccatis meis irasci, eaque punire. ideo humiliter me tibi in poenis subijcio, sed oro, vt paterna bonitate & misericordia mitiges poenas, ne totam iram effundas, ne me in aeternum interitum abijcias, ne propter me vagetur poena per familias totas & gentes totas, sed lenio poenas & serua me, vt maneant custodes & propagatores verae doctrine ac vt liberatus laudem te, & celebrem tuum beneficium, & tuam misericordiam, & alios mea voce & exemplo ad veram agnitionem & inuocationem tui intuem, vt Psal. 78. & passim alibi hac caussa finalis repetitur, propter GLORIAM nominis tui libera nos & propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

* Deus ab Austro^o veniet, & sanctus de monte^o Pharan.
 † Semper. operuit caelos^o gloria eius, & laudis eius plena est terra.

Efsi. 6.

‡ Splendor eius vt lux erit, & cornua in manibus eius: † ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciem eius ibit^o mors, & egredietur^o diabolus ante pedes eius. † Stetit, & mensus est, † terram aspexit, & dissoluit^o gentes, & contriti sunt † montes seculi: incuruati sunt colles mundi † ab itineribus aeternitatis eius. † Pro iniquitate videntoria^o Aethiopiae: turbabuntur^o pelles terrae Madian.

II. Argumentum. Ab antecedente exemplo liberationis populi Israel ex Aegypto & mari rubro gloriosa. Sicut in exitu ex Aegypto, ad montem Sinai, & transitu Iordanis, & delendis Cananais, ac populo Israel in terram promissam collocando, gloriam & maiestatem tuam diuinam declarasti: ita nunc in puniendis Chaldaeis idolatris, & populo tuo ex Babylone liberando eam declares. Estque simul argumentum à possibili seu facili. Facile potes populum tuum liberare, in cuius gratiam tot ac tanta miracula diuinæ tuæ potentiae & maiestatis testimonia prius edidisti. * ex Aegypto, Iudaeis versus austrum sita, vel Arabia petraea. † Veniet. Enallage temporis pro veniet. † κατ' ἐξοχῆν, Sanctus sanctorum, DEVS qui solus perfectus, & cuius

† sanctus, purus, & mundus & omnis peccati & labis expertus est, & cuius beneficio seu participatione nos ceteri sanctificamur. * Non vnus tantum

rūm

sum mortis, sed longissimi tractus Alpium Arabiae petrae nomen est, inter quos mons **SINAI** celeberrimus fuit. **תפארת** ab ornatu, magnificentia, gloria. **תפארת** ornauit. **THEMAN**, quod appellatiue austrum vertit, etiam nomen proprium est nepotis Esau, qui partem Arabiae petrae seu Idumaeam tenuit, Genes. 36. Jerem. 25. 49. Mons Sinai hodie, à Christianis mons S. Catharinae, à Turcis **TUR** seu Taurus nominatur. Prorsus autem prima huius orationis verba congruunt cum testamenti Mosis exordio, Deut. 33.

⁂ Semper, Ebraice, **תפארת** quam vocem in Psalmis septuagies semel, & in hac oratione Abacuc ter vsurpatam, Aquila vertit semper. quod latinus interpres secutus est: vocis exaltationem in cantu significat, qua mentes ad diligentiore & attentiore considerationem sententiae in eo versu expositae excitantur. ⁂ Pleni sunt caeli & terra gloria maiestatis tuae .h. magnae & immensae sapientiae, potentiae, iustitiae, bonitatis, misericordiae propter filium mediatorem promissae, &c. quae à tota ecclesia Angelorum & hominum in caelo & terra agnoscitur & celebratur. sicut paulò ante cap. 3. Vers. 14. Replebitur terra cognitione gloriae Domini; vocabulum explicauimus. ⁂ **UT SOL** fons lucis, splendore suo, mundum vniuersum illustrat: ita Christus se lucem mundi appellat, non solum quia per Euangelium depulsis tenebris ignorationis Dei, peccati & mortis, lucem verae agnitionis Dei, iustitiae & vitae aeternae in mentibus hominum accendit: verum etiam quia **ἀπαύγασμα** seu splendor est lucis paterna, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Est enim **DEI** natura, lux quaedam admiranda, cuius radios in Angelorum & hominum mentes, imagines suas, sparsit. 1. Iohan. 1. Deus lux est. Iacob .i. descendens à patre luminum. 1. Tim. 6. Habitans lucem inaccessibilem. & Angeli sunt **ἀστέρων φῶς** μετὰ τὸ πρῶτον, ὁ ἴσθι φῶς τῶν φώτων. Ideo nunciante pastoribus Angelo Christum natum, gloria seu claritas diuina circumfulget eos. Multò magis **DEO** ipso se manifestante qualis est, splendor omni luce ac sole ipso fulgentiores radios spargens coruscabit, fulgebit. ⁂ Ex historia Mosis Exod. 34. phrasim sumta, Cikaran or panau, Moses videns quòd radiaret instar cornu cutis faciei, sumsit velamen. Vbi nos habemus, videns quòd cornuta esset facies sua .i. splendens instar cornu, non quòd cornua ex capite Mosis vt arietis prognata sint, vt inepti pictores fingunt. LXX. reddiderunt, **δεδόξασαι ἡ ὄψις** & **ἐξοστῆ** & **πρόσωπα** glorificata seu clarificata, splendens & fulgens facta est facies eius. quàm versionem 2. Cor. 3. Paulus retinuit. ita hoc loco verba **תפארת** **קרנאי** **לוא** Karenaim Miiado Lo, cornua à manu eius (Dei) illi, scilicet Mofi. manus Domini Mosen cornutum reddidit .h. faciem illius splendidam & fulgentem fecit. ⁂ Ibi fortitudo, maiestas & gloria Domini, quae prius abscondita & tecta fuit, reuelata est. ⁂ **תפארת** pestis, lues, exitium, à verbo **תפארת** quòd & loqui, & interimere seu perdere significat. vsurpatur in dicto Osea, Vbi est o mors, aculeus tuus. & Psal. 91. & passim alibi. Significat autem Habacuc, à **DOMINO**, cū præcederet populum suum, gentes terrae Canaan interemptas & perditas esse. ⁂ **תפארת** Reseph, ardor, febris ardens, pestis circumuolitans incendens & perdens homines. Ideo pestem Psalmus sagittam volentem in die & grassantem in tenebris nominat. ⁂ Stetit in Galgal. Arca **DOMINI**, ad quam Deus praesentiam suam alligauerat, quatuordecim menses in Galgal substitit, donec **IOSUA** terram Canaan occupauit, quam postea funibus mensuratam populo distribuit.

buit, vt apud nos perticis mensuras agrorum definiunt. ¹ Exire fecit, & ciecit gentes terræ Canaan. ² Reges Amorrhæorum & Cananæorum, qui multis seculis terram Canaan Imperio suo tenuerant, à Iosua capti, pedibus contriti & trucidati sunt, Ios. 10. ³ Deo (mundi seu æterni) per terram illam transeunte, vocem ⁴ hanc quam prius mundum, seculum, hic æternitatem vertit. Quidam de motu mundi, seu motibus corporum cœlestium perpetuis & nunquam cessantibus intelligunt. ⁵ Santes reddidit pro nihilo, seu in nihilum redacta. vidi tentoria Chusan, regis Mesopotamiæ ab Othomele victi, Iud. 3. Vox ⁶ proprie iniquitatem seu concupiscentiam, & dolorem ac ærumnas, quibus propter iniquitatem obnoxij sumus, significat. Simplicissima igitur sententia est, propter iniquitatem adflicta & deleta vidi tentoria Chusan. ⁷ Chusan, nomen est regis Mesopotamiæ potentissimi ab Othomele delati. Sed ⁸ Chus, nomen est filij Cham, nepotis Nohe, quem Aethiopum gentis stirpem fuisse LXX. Græci & latini interpretes putarunt, ac vbique Aethiopiã verterunt. Verum non ⁹ aethiopiã, æquinoctiali seu zonæ torridæ subiectos, sed Arabes mari rubro ac Aegypto, Septentrionem versus finitimos, voce Chus significari, ex locis Num. 12. vbi vxor Moysi Aethiopiã seu Chusæa vocatur, cum Madianitis esset: & 2. Paral. 14. 21. Ezech. 29. & manifestum est. ¹⁰ Tremuerunt, diruta sunt ex pellibus facta tabernacula seu tentoria Madianitarum, qui Chusæis in Arabia petraea mixti, & ad montem Sinai, & in Idumæa, vsq; ad terram Moab habitauerunt, Num. 31. 22. 23. Ios. 13. Exod. 2. 3. quos memorabili clade vicit Gedeon, Iud. 6. 7. 8. ¹¹ Inceptus quidam Monachus, concionem de S. Bartholomæo habiturus, quem excoriatum esse in Armenia, Legendæ referunt, thema concionis hæc verba esse voluit: Turbantur pelles terræ Madian; existimans aptissime hanc sententiam institutæ à se materiæ congruere, quia Bartholomæo pellis detracta erat.

Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor ^b tuus? vel in ^c mari indignatio tua, qui ^d adscendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ ^e saluatio? ^f Suscitans suscitabas arcum tuum, ^g iuramenta tribubus ^h quæ locutus es, ⁱ semper. ^k fluuios scindes terræ. Viderunt te, & doluerunt ^l montes, ^m gurges aquarum transiit, dedit ⁿ abyssus vocem suam, ^o altitudo manus suas leuauit.

flitia impium & crudelem tyrannum trucidasti. ^p Saluarunt, opem tulerunt, liberarunt Israëlitas ex periculis, quæ à tyranno Pharaone & mari impendebant. ^q Enallage temporis. Ebr. עָוֶרָה נִשְׁפָּטָה. Nudando nudat-

iram tuam aduersus impios horrendam, & amorem erga Israëlitas paternum, in mari rubro, & fluminibus etiam declarasti, Pharaone cum exercitibus suis submerso, & Israëlitis per siccationem maris & fluminis Iordanis alueum incoluibus traductis. ^r Enallage personæ.

^s Mari rubro, Exod. 14. ^t Prosopopeia, vt Pharaon cum curribus & equis suis egressus est vt periretur Israëlitas: ita tu Domine Deus Zebaoth, in mari rubro, equos & quadrigas tuas contra Pharaonem eduxisti. h. diuina tua potentia & in-

nuda-

nudabis arcum tuum, q. d. palam manifestatum & conspectum est auxilium tuum; palam declarasti te pugnare pro populo tuo, & seruare iuramenta quae fecisti patribus.

^s Gen. 22. Per memetipsum iuravi dicit Dominus, Benedicam tibi & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Id iuramentum explicat Epistola ad Ebraeos 6. Et non tam ad promissiones corporales quam spiritualem & summam de CHRISTO seruatore & victore mortis, peccati, diaboli, &c. pertinere ostendit. Luc. 1. Praestat iuramentum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in iustitia & sanctitate coram ipso omnibus diebus nostris. ^h Ebr. ¹²⁸ sermo, Verbum per appositionem. sed perspicue reddita est in latino textu sententia, quam sequitur in Ebraeo textu.

ⁱ SELAH, nota eleuandae vocis cum hic versus canitur; & diligenter attenteque considerandi & expendendi haec iuramenta & promissiones DEI tribus Israëlis traditas. Sensibus haec imis, res est non parua, reponas.

^k In fluuios scidisti terram, ex terra arenosa & sterili, imò ex petra scissa, fluuios aquarum profudisti populo tuo, Exod. 17. Num. 21. Profopoeia, quae montibus inanibus tribuit sensum & affectum hominis. vel metaphora, reges & principes terrae, quos montibus scriptura comparat, viderunt horrendas poenas Pharaonis, & transitum per Iordanem, & alia miranda facta Dei, & tremuerunt.

^m Gurges aquarum Iordanis interiorum transijt & defluxit alueo siccato.

ⁿ profunda aqua Iordanis diuisa magno & sonoro strepitu decurrit in mare mortuum. ^o profunda profunditatem aquarum, ad cuius fundum pertingere non possumus, significat. Psal. 36. Iudicia tua abyssus multa. i. comprehendi & peruestigari à nobis nequeunt.

^o Aquae Iordanis superiores in altitudinem manus suas leuarunt, seu intumuerunt & eleuatae sunt instar montis, donec Israëlitae transierunt, postea magno impetu & fragore delapsae rursus per inferiorem aluei partem decurrerunt, Ios. 3. vbi locos doctrinae ex tota hac mirandi transitus Iordanis historia excerptos recitauimus.

^p Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibant, in splendore fulgurantis hastae tuae.

^r In fremitu conculcabas terram: in furore obstupegies gentes.

^s Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo, percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum usque ad collum semper.

^t Maledixisti sceptris eius, capiti beluatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exul-

^p In praelio cum quinq; regibus Amorrhæorum, Ios. 10.

^q In caelo. Psal. 19. Soli posuit tabernaculum in eis.

^r Sagittae tuae in coruscatione euolabant, & in splendore fulguris hastae tuae. Respicit enim ad historiam Ios. 10. recitatam, vbi hostes Israëlitarum, in descensu Bethoron fugientes, lapidibus grandinis de caelo immissis trucidat, vbi senserunt gentes qualibus telis & tormentis Dominus ad profligandos hostes suos instructus esset, Syrac. 46.

^s Irascens, & puniens peccata & scelera Canaanorum calcibus seu pedibus tuis per terram eorum incedebas,

tatio eorum sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

pore diuinitus constituto, in carnem humanam, ad ministerium, passionem & extremum iudicium, nostræ salutis, & populi seu ecclesiæ suæ, à peccato, morte & omnibus malis liberandæ causâ suscepto, recte accipi potest, sicut ludæi etiam aliqui interpretantur. Sicut egressus es olim in salutem, vt liberares populum tuum ex terra Aegypti de domo seruitutis corporalis: (ita egredieris definito tempore) in salutem populi tui, cum Christo tuo, vt libereres eum ex seruitute spiritali peccati, mortis, diaboli & damnationis æternæ. Sed præcedentibus & sequentibus membris, quæ mirandas & gloriosas liberationes, & victorias de hostibus populi Israël, Pharaone & regibus Cananæis partas, commemorant, magis consentaneum est, hunc quoque versum eodem accommodare. Egressus es in salutem, seu eduxisti & liberaisti populum tuum ex seruitute Aegyptiaca per Christum seu vnctum tuum Moysen, vel ipsum filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, summum ecclesiæ suæ liberatorem, qui dux & comes perpetuus, ac custos populi egredientis per mare rubrum, in deserto & terræ promissæ occupatione fuit. vt 1. Corinth. 10. Paulus disertè ostendit. * Percussisti primogenitum in domo impij Pharaonis, Exod. 11. 12. vel ipsum regem Pharaonem caput totius regni, ἡ βασιλεία, βασίλειον & duces ac principes regi proximos, vt collum capiti proximè cohæret, in mari rubro trucidauit. † Sceptris regni Pharaonis & capiti bellatorum, seu ducibus exercituum eius maledixisti, eosq; funditus in mari rubro delcuisisti. Ebr. פָּרַסְתָּ בַּמַּטְוֵי הַמַּרְבָּצִים Perforasti in baculis (cum vectibus) caput bellatorum eius. * Enallage numeri, pro capitibus seu ducibus bellatorum eius. † Bellatores seu exercitus Pharaonis, vt turbo vehementi impetu irruerant in Israëlitas, vt eos dispergeret & funditus delerent. † Summa alacritate inuadebant Israëlitas veit omni præsidio & auxilio destitutos. † Incessisti per mare (rubrum) equis tuis, per acervos aquarum multarum, hinc & inde consistentium instar scopulorum, inter quos medios Israëlita transferunt, Exod. 14. * Vox acervorum, tumulum, lutum significat. Ideo vetus interpretes reddidit, in luto aquarum multarum viam fecisti equis tuis. Quod per allegoriam gratissimè ad propagationem doctrinæ Euangelij & cætera ministerij ecclesiæ Dei & scholarum negocia accommodatur, quæ, vt equi in profundo luto luctantes, ægrè procedunt, & inter varia impedimenta & remoras magno cum labore & difficultate, vix tandem aliquouosq; perducuntur.

‡ Audiui, & * conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis & subter me scateat: vt † requiescam in die tribulationis, vt

‡ Audiui prædictam à Deo euerfionem vrbis Hierosolymæ & captiuitatem populi Babyloniam. * Ingenti dolore & tristitia affectus sum. Hanc sententiam per expoliationem quater mutatis verbis repetit. † Venter medius, vt medi-

ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: & metietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.

tantis tribulationibus? utinam requiescere possim, & leuationem doloris aliquam nancisci! * *לעלות* infinitiuus, ad ascendendum, cum ascendendum est ad populum accinctum, seu debellantem nos. vel, quando ascendet, scilicet Nabogodonosor ad populum (Iuda) & debellabit eos. * Incommoda Belli, sterilitas fructuum & frugum, excisis in obsidione urbium fructiferis arboribus, & non excultis agris, & pecorum armentorumque amissio. Hæ calamitates Iudæam belli Chaldaici tempore obruent. * Non respondebit votis agricolæ, frustrabitur expectationem heri sui.

Ego autem in DOMINO gaudebo, exaltabo in IESU meo. Deus DOMINVS fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor, in Psalmis canentem.

In his calamitatibus & ærumnis vnica mea lætitia & consolatio firma, omniumque efficacissima est, DOMINVS Deus & pater meus cœlestis, propter IESUM Christum filium suum mediatorem & Saluatorem vnicum mihi placatus & propitius, paterno amore & fide nos filios suos dilectos complectens, in omnibus ærumnis & doloribus præsens nobis adest, sustentat ac seruat nos, mitigat dolores & tandem liberatos vita & gloria æterna certò ornabit. Ad hanc lætitiã in DEO Iesu seruatore nostro nobis propitio gaudentem & exultantem, & in ærumnis etiam gloriantem, hortantur dicta. Psal. 32. Latamini in Domino & exultate iusti, quia in eo lætabitur cor nostrum, quoniam in nomine sancto eius sperauimus. Matth. 5. Cum probra in vos iecerint, gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis (non in terris) Philip. 4. Gaudete in Domino & iterum dico gaudete. Dominus propè est. Esa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, &c. insignis locus.

Est autem hoc GAUDIUM & exultatio in DOMINO, tranquillitas & lætitia cordis, in DEO nobis propter Christum propicio, firma fiducia acquiescens, & certò statuens DEVM sibi adesse, & quæcunq; huius vitæ calamitates & ærumnæ accidant, tamen se DEO curæ esse, se à DEO diligi, & æterna vita ac gloria certò donatum iri. Hac fide & gaudio confirmatus Stephanus ad supplicium ibat ouans & spe sua dama leuabat. Laurentius affatus in craticula ridens insultat tyranno. Simeon discessurus ex hac vita, in pace, tranquillo & læto corde, in DEO sibi placato & propicio acquiescens dimittitur. Iob in tanto calamitarum concursu, patiens animo tranquillo nomen Domini benedixit. * IESU, salutem meam, seu saluatorem meo, à quo omnia, opem, auxilium & liber-

595

berationem, ex praesentibus & aeternis malis expecto. **I**EHOVA
ADONAI solus firmum certum & salutare in omnibus periculis & cala-
 mitatibus praesidium est, solus seruare, defendere, liberare in se confidentes
 potest, non amici, non opes, non potentia, non exercitus tueri nos & pro-
 tegere possunt, nisi **D**EVS opituletur. **V**elocissimos, vt in strage-
 matis, & persequendis hostibus cursu ceruos aequet, vel praegaudio & la-
 titia exultabimus & saltemus sicut cerui. Idem versus extat Psal. 18, Po-
 net pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuit me. **C**ol-
 locabit me in firma & excelsa arce, vbi ab omnibus hostibus tutus ero.
 Olim enim in excelsis montibus arces excitarunt: nunc in planicie & sub
 terta munitiones aedificant, vt inferno sint propiores.

Lamnazeah Bineginoth, ad praecinendum, seu alta voce canendum
 organis musicis, vel ad vincendum alios in cantu, excelsiore voce. **E**-
 braea vox **נצח** proprie excellentiam, superioritatem, consummationem
 & finem rei vel actionis (quem adepti, summum suae perfectionis gradum
 assecuta est) significat. Itaque vocem **נצח** ad uictoriam, in finem, perpe-
 tuo, prorsus, omnino, in sempiternum: & in titulis, Psalmi 4. 5. 6. 8. 9. 11.
 13. & aliorum circiter quinquaginta, **לנצח** LXX & Ieronymus **I**N F I-
NE M vertunt: Santes, victori seu praefecto cantorum, regenti & moderan-
 ti cantores reliquos, **D**em Capellmeister. Est enim **נצח** forma participij
פiel, vincens, seu vrgens & instans operi vt ad finem perducatur, 2. Par. 2.
מנצח Mnazehim, praefecti operarum, qui praerant & instabant, vt ad
 finem operae perducerentur. Et quia Lamed litera praefixa, interdum dactili
 casus nota est, **לנצח** reddunt, victori seu praefecto cantorum. Alij simpli-
 citer pro **נצח** Gerundio accusatiui casus accipiunt, ad vincendum in can-
 tu, seu ad canendum contenta & alta voce, vel ad praecinendum alijs. In
 Neginoth; organis meis. Soliti enim sunt ad Instrumenta Musica Psalmos
 accinere, sic vt singula verba intelligi, & sententiae ac consolationes verbis
 comprehensa, vocis ac instrumentorum modulatione adiuta, in aures &
 animos audientium altius velut liquefactae funderentur ac penetrarent,
 & in eos affectus & motus, quos sententiae & verba nu-
 meris illigata flagitant, hominem
 transformarent.

F I N I S E X P L I C A T I O N U M
 I N H A B A C V C .

